

***IOHANNIS AEGIDII ZAMORENSIS***

***LIBER CONTRA VENENA ET ANIMALIA  
VENENOSA***

**EDICIÓN CRÍTICA**

## SIGLA

*Cas* = Edición de *Contra Venena* a cargo del P. Manuel de Castro, *AIA*, 1976

*M* = Mallorca, Biblioteca de la Fundación Bartolomé March, MF 139, ff. 1r-109r, s.XV

*V* = Roma, Biblioteca Apostólica Vaticana, 1404 *Vrb. Lat.*, ff. 1r-99r, s.XIV.

IOHANNIS AEGIDII ZAMORENSIS

CONTRA VENENA ET ANIMALIA VENENOSA

**Incipit meditatio prohemialis in librum Contra uenena et animalia uenenosa et etiam contra minuta et uilia et tediosa uite nostre animalia, ut sunt**  
5 **cimices, culices, bruci, lendes, pediculi et pulices et huiusmodi, ad uenerabilem patrem fratrem Raymundum, generalem ministrum ex parte fratris Iohannis Egidii.**

Quoniam uita uestra quam a longis temporibus totis amplector uisceribus sicut nouit almifluus ac dulcifluus Dei Filius Ihesus Christus toti mundo est necessaria et  
10 salutifera, idcirco ad eius custodiam, cum diuino adiutorio, mitto uobis libellum contra uenenosa communia et uenena mortifera, cuius haustu et contactu occubuerunt multi uiri probissimi, quos mundus abiecit, Deus recepit. Intersero etiam remedia contra minuta uilia et tediosa uite nostre animalia, talia et similia multum, ut sunt cimices, lendes, pediculi, pulices et huiusmodi, que ad exercitium et uindictam hominis sunt  
15 creata. Et est notandum quod liber iste ordinatus est secundum ordinem alphabeti ut partibus.

Siquidem peccantibus rationalibus creaturis ut rationale largo modo dicatur, creatura, uidelicet angelica et humana, multis annorum milibus tam celestia quam terrestria in cassum stare uidentur semiruptis illis, istis diruptis. Stat ciuitas illa magna  
20 ciuium suorum numerositate, fraudata et astellantibus palaciis, multiplex habitantium propellitur multitudo.

13 talia et similia multum *omittit V* 15-16 Et est notandum quod liber iste ordinatus est secundum ordinem alphabeti ut partibus. *omittit V* 19 uidetur *M*

Obscurantur ignes stellarii, solem loquor et lunam et stellas et multa sui luminis claritate muttantur. Terra maledicatur, condempnatur hominum successio et omnis creatura iuxta uerbum apostolicum ingemiscit et parturit. Altissimus uero ad eius  
25 releuandas miseras et erumpnas de terra creauit medicinam et uir sapiens non abhorrebit eam. Vos autem mundus reputat sapientem, non solum diuina sapientia que est sapida sciencia, sed etiam mundana sapientia qua entia sentiuntur. Dignetur ergo munusculum qualemcumque saltem ex antiqua familiaritate et ex solita curialitate suscipere dominus a seruulo, prelatus a subdito, magister a discipulo, sapiens ab inscio;  
30 dignetur suscipere ac corrigere, quia magistri correctio, discipuli est eruditio.

*Explicit prologus.*

24 Paulus, *Ad Romanos*, 8, 22-3.

26- 27 sapiencia que est sapida, sed etiam mundana sapiencia qua etiam entiuntur *M*

Tituli uero uenenosorum communium et tediosorum ac minutorum animalium que ab hac uocali A incipiunt, sunt huiuscemodi qui sequuntur:

Agarici nigri remedium.

Anakardorum remedium

5 Anguium et aspidum remedium

Appum et uesparum remedium

Aranearum remedium

Argenti uiui remedium

Ascaridum et lumbricorum remedium

10 Cum autem ad distinctionem uenerorum et uenenosorum in V littera deueritis contra uenena communia remedia uniuersalia inuenietis, est enim libellus iste ordinatus secundum ordinem alphabeti.

*Expliciunt tituli.*

**Incipit uero tractatus primus contra uenena et uenenosa et animalia tediosa**  
15 **que incipiunt ab hac uocali A.**

*Et primo de agarico nigro ducendum est.*

Agarici nigri nocumentum curatur ut nocumentum accidens ex elleboro et ex  
anacardis, ut infra dicitur. Verumptamen, est notandum quod secundum diuersitatem  
accidentium oportet ut diuersificetur medicatio secundum omnes auctores. Quando enim  
20 facit mordicationem et incensionem, medicandum erit cum rebus unctuousis, ut cum oleo  
amigdalino et sisamino et butiro et lacte dulci et iuribus seu brodiis unctuousis et lacte  
infrigidato communi et conuenienti.

Quando facit mordicationem plurimam in intestinis, conueniens est balneum,  
quia extinguit naturam eius uenenosam et resoluit eam, ut in sequenti capitulo de  
25 anacardis habebitur. Nec oportet hic amplius inmorari.

15-25 Iohannes Aegidius Zamorensis, *Historia Naturalis*, “De agarico” 262-266; Vincentius  
Burgundius Bellouacensis, *Speculun Quadruplex- Speculum Nazturale*, lib. IX<sup>o</sup>; “De agarico”  
571, C-D-E, 572 A-B-C-D-E

16-ducendum est *omittit V* 21 sisannino V.

*De anacardis. Secundum capitulum.*

Anacardi sunt fructus qui per se sumpti ueneni sunt; faciunt enim interdum incensionem uehementem in gutture et in intestinis; et quandoque inflatur uenter, ita quod inducit acutam egritudinem, et quandoque interficiunt. Et minus malum quod ex  
30 eis prouenit est mentis alienatio. Et quandoque ponuntur in medicinis cum aliis et frangitur eorum malicia; et non nocent. Et quandoque comeduntur cum nucibus, parum aut nichil nocent. Est enim quasi tyriaca eorum quemadmodum et faciunt cum comeduntur cum nucibus. Quando igitur inducunt febrem acutam oportet regere infirmum regimine acutorum ita tamen quod ultima dieta detur attenuatiua.

35 Quando autem inducunt mentis alienationem, sompnus est prouocandus cum semine lactuce et papaueris albi. Quando decoquitur cum lacte mulieris et exhibetur, fiat inunctio cum populeno et aceto. Quando faciunt mordicationem et incensionem, medicandum erit cum rebus unctuousis utpote cum oleo amigdalino, et sisamino, et butiro et lacte dulci et iuribus unctuousis et lacte infrigidato communi et conuenienti.

40 Quando autem faciunt mordicationem plurimam in intestinis, conueniens est balneum, ut est dictum, quia extinguit naturam eius uenenosam et resoluit eam.

26-41 I. Aeg. "De anacardo", 392-394; Vinc. Bell. XIV<sup>o</sup>; "De anacardo" 1023, D-E, 1024 A.

26 De anacardo *M* Secundum capitulum *omittit M* 28 Et quandoque ponuntur in medicinis et non nocent. *M* 30-31 cum aliis et frangitur eorum malicia *omittit M* 34 Infirmum, *omittit. M* 38 sysannino *Cas.*

*De remedio generali anguium et aspidum. Tertium capitulum.*

Anguium et aspidum uenenosorum remedia generalia premittentes, eo quod particularia remedia suis locis et litteris exprimentur. Primo ligetur morsus anguium ualde stricte, ne uenenum perforet ad principalia. Et melior ligatura, secundum  
45 experientias hominis, est cum corrigia ceruina; habet enim operationem contra uenenum. Deinde suggatur cum uentosa uel ore alicuius, et suggens sit satur, et os eius sit lotum cum uino et oleo, et locus spongia calida subfumigetur et uulnus scarificetur. Esset etiam utilis abscisio si esset in loco non multum dampnoso, ut in digito et  
50 huiusmodi. Tyriaca detur, quia sanguinem coagulatum dissoluit. Siquidem omne uenenum sanguinem coagulat cordis, sicut coagulum ipsum lac. Tyriaca autem cor confortat, sicut flamma in expulsionem fumi. Item detur succus frondium maligranati, uel uinum decoctionis ipsius, uel aqua decoctionis stercoris agnini, dragma una.

42-328, I. Aeg., “De angue”, 472-488; “De aspide”, 1256-1258, “De anguium proprietatibus et naturis”, 1692-1710, “De timore anguium”, 1710; V.Bell. XII<sup>o</sup>, “De remediis contra bestias nociuas et serpentes” 1107 C, D, E; XX<sup>o</sup>, “De reptilibus in generali”, “De anathomia serpentium”, “De generatione ipsorum”, “De cibo eorum”, “De astutia ipsorum”, “De uenenis eorum”, “De nocumentis ac remediis ipsorum”, “De multiplici uarietate ipsorum et nocumentis eorum”, “De monstruosis serpentibus”, “De his que contraria uel noxia sunt serpentibus”, “De medicinis ex serpentibus”, 1461-1462-1463-1464-1465-1466-1467-1468-1469-1470, “De anguibus” 1470 D, E- 1471 A, “De aspide” 1472- 1473- 1474, “De cerasta” 1475 D, E. Cfr. Auicenna, *Liber canonis*, II<sup>o</sup>, *passim*.

46 Aujcenna in margine V



Item turbith cum lacte pecudum, uel succi frondium mirte et succi sisanini, ana  
55 libra semis; gentiane dragma una et costi dragma una, et coquatur ad medietatem, et  
dentur ad potandum. Item detur cerebrum galline cum uino et semine caulium. Item  
comedat cepas et porros et alia et consimilia. Item pullus galline fissus per medium  
epithimetur. Item squilla in aceto. Item ficus et allia pistata superponantur. Item recipe  
serapini, piperis, ase, oppopire, ana dragma una; galbani, sulphuris, ana dragme due;  
60 tempera cum uino et superpone. Contra morsum serpentis et aliorum uenenosorum  
apperiatur uulnus flebotomo et extrahatur sanguis et fumus infectus; postea exhibeatur  
tyriaca: dyatesaron, uel mitridatum, uel oppopira, uel ad minus colatura alliorum, uel  
succus gentiane uel serpentarie, uel ypericon, id est, herbe perforate cum lacte uel succo  
crassule. Similiter puluis gentiane cum uino.

65 Similiter in assumptione ueneni per os. Item predicte opiate tribus diebus  
continuis dentur per os et allium pistatum cum sale uulneri apponatur et addatur  
ypericon. Ruta etiam ualet in omnibus diebus. Similiter diptanus.

Et secundum quosdam diptanus, calamentum, bacce lauri, aristologia utraque,  
tapsus barbe, lac etiam potetur, et agnuscastus ualet. Quarta die uel tertia fiat flebotomia  
70 et sequatur balneum. Item statim post morsu omnium reptilium uel ambulantium,  
scindatur gallus per medium et superponatur morsure, uel etiam apponatur anus galli  
super locum morsu et totam uenenositatem cohibet ex qua inflatur quasi ydropicus. Et  
notandum quod tiriaca bona data galline interficit eam. Et si detur lactucella curatur;  
quantum enim tiriaca dessicat, tantum lactucella humectat. Septem sunt que dicuntur  
75 equipollentes tiriace, uidelicet: herba perforata, uicetoxicum; enula, raffanus, diptanus,  
cornu cerui combustum, aristologia longa et rotunda, lactucella; hec uenenum destruunt.  
Lac autem asine mullum ualet contra uenenum. Similiter testiculi ursini et anatini  
comesti.

58- 59 Item 1 dragma serapini, piperis ase. Oppopire, ana, dragma 1 M 63 Etiam succus gentiane. M 64  
operatione nature contra ueneni M *omittit* V 65- 66 Tribus diebus per os. M 69 agnuscastus: agnus V  
75 equipollere V

Dicit autem Auicenna, quod sterco galline in potu datum cum uelocitate  
80 prouocat uomitum ueneni. Si autem natura ueneni declinat ad inferiora magis confert  
clister. Venenosa quedam interficiunt statim infra tres horas, ut basiliscus armenia, aspis  
surda expuensque sputo interficitur. Regulus, qui est serpens in Nubia duorum  
palmorum, secundum quosdam, qui et adurendo interficit per loca per que transit. Vnde  
circa foramen suum herbe non crescunt, et interficit aues sibi appositae uisu, et acutum  
85 habet caput et est uiridis coloris et uisu interficit et auditu. Quia eius sibilum audiens  
moritur. Interficit autem per contactum alicuius medii.

Vnde quidam miles tetigit cum asta et statim mortuus est, secundum Auicennam.  
Taliu autem cura est: ut statim abscidatur membrum tactum, uel aduratur, si est  
possible. Quedam alia uenenosa post tres dies interficiunt; quedam post annum.  
90 Quedam medio modo.

Et notandum quod quicquid uulneribus apponitur debet esse actu calidu. Quod  
enim dicit Ypocrates: frigidum nocet uulneribus; de actuali frigido intelligitur.

Iterum est notandum quod sub punctura terente potest comprehendi punctura  
araneae. Et sub morsu scorpionis, morsus lacerte uiridis et quodlibet uenenum frigidum.  
95 Et sub punctura apum, punctura omnium muscarum uenenosarum intelligitur.  
Specialiter omne uenenum destruunt gentiana et ypericon et que habent hanc uirtutem  
ab aspectu et uirtute consequente speciem.

Et notandum quod quecumque desiccant sperma, consumunt uenenum. Quedam  
enim ualent contra uenenum consumendo ut allia et sal. Quedam species reparando, ut  
100 gallina comesta. Quedam uiscositate claudendo poros. Quedam frigiditate  
constringendo. Quedam multum nutriendo, ut lac. Lac tamen uiscositate repugnat  
claudendo poros. Et similiter oleum exhibitum ne ad cor penetret.

80- 81 Si autem ueneni natura descendit ad inferiora uel declinat, magis confert clister *M* 81 Venenosa  
quedam sunt que interficiunt statim *M* sunt *omittit V*. 92 Iesuchristus *in margine V* 94 scorpis *V* 96  
gentia *V*

Qualiter auem omnis ueneni medicina est perconsumptiua Item secundum  
Plinium, libro XXIX<sup>o</sup> et Auicennam, coagulum agni a uenenis et morsuris omnibus  
105 sanat et contra marinorum morsus unctus ualet. Item Plinius libro XXVIII<sup>o</sup>:apri  
cerebrum contra serpentes laudatur cum sanguine. Iecur etiam inueteratum et cum ruta  
potum ex uino. Adeps quoque cum melle resinaque. Simili modo et iecur uerrinum et  
cerebrum uino potantur.

De hac materia requiratur in tractatibus de serpente, et de tyro et de uipere et  
110 consimilibus. Item Auicenna, in secundo *Canonis*: caro arietis confert morsibus  
serpentum et scorpionis cum uino et etiam morsui canis rabidi. Idem stercus asini  
pascentis siccum cum uino ualde bonum est puncture scorpionis. Item sanguine canini  
nichil prestantius contra toxica, secundum Plinium, libro XXIX<sup>o</sup>. Idem, XXVIII<sup>o</sup>, cornu  
caprinum accensum fugat serpentes. Cinis etiam cornu eius potatus uel illinitus ualet  
115 contra morsus eorum. Aluus capre cum stercore suo recente alligatus ictibus serpentum  
ualet efficaciter. Stercus caprinum in uino nigro coctum et emplastratum morsui uipere  
subuenit.

Item Esculapius: sepum capre et caseus eius omni morsui subuenit et dolores  
reprimit. Lac eius bibitum uel sanguis uermes occidit et uenenum bibitum extinguit.  
120 Stercus eius omni dolori ualet intra et extra. Pellis capre si ponatur calida super morsum  
uipere attrahit uenenum ut habetur ex *Libro de natura rerum*. Item Plinius, libro  
XXVIII<sup>o</sup>:contra serpentum ictus ualet lac caprinum bibitum cum uino uel urina et cum  
aceto.

106 laudatur *M et V*. ladatur *Cas*. 107 potum *V* 110- 111 Item Auicenna in II<sup>o</sup> tractatu secundi libri  
*Canonis Cas*. Iesuschristus *in margine V*. auicenna *in margine V* 118 sepum *M et V* 120 Stercus eius  
omni dolore subuenit intra et extra *M* Stercus eius omni dolore ualet intra et extra *V* 121-122 Item  
Plinius libro XVIII<sup>o</sup> *M* Item Plinius libro VIII<sup>o</sup> *V*

Item Plinius XXXI<sup>o</sup>: castoris testiculi cum uino bibiti ualent contra serpentes, si  
125 euomantur. Item Plinius libro VIII<sup>o</sup>: cornu ceruinum adustum fugat serpentes ex odore.  
Idem, contra morsum anguium coagulum occissi in utero matris precipuum est  
remedium. Idem XXVIII<sup>o</sup>: pellis subtracta cerui securum facit hominem dormire a  
serpente. Fugiunt etiam serpentes hominem habentem dentes cerui, uel perunctum sepo  
aut medulla cerui. Idem, coagulum eius ex aceto potum ab ictu serpentis illa die reddit  
130 securum.

Item Esculapius: qui cerui corio obuoluitur serpentes non timet. Odor et fumus  
cerui combusti fugat angues. Item Haly: uirga damuli et cerui siccata et trita et bibita  
morsui anguinum prodest. Item Auicenna, in tractatu secundi libri *Canonis* tractans de  
remedijs contra morsus uenenosorum et contra uenena omnia, fere in fine cuiuslibet  
135 capituli de simplici medicina dicit sic in capitulo de aniso laudans ipsum anisum:  
Anisum, inquit, expellit nocumenta uenenorum et uenenosorum. Loco eius in  
confectionibus carui ponitur quantum est ipsum. Idem in eodem libro: absinthium  
confert morsui drachonis marini et scorpionis, et morsui mugali, et iusquiamo cum uino;  
et suffocationi fungorum et propie cum bibitur cum aceto. Idem in eodem libro: squilla  
140 cum suspenditur eius cotum super portas, secundum quod dicitur, prohibet uenena ab  
eis et est tiriaca uenenosis et interficit mures.

Tantum quantum ipsa est de cordumeni, id est, carui agrestis et tantum quantum  
ipsa et tertia ipsius acori et tertia eius amonium; omnia simul ponuntur pro ea. Idem in  
eodem: squinanti species grossa est et ex foliis eius recentibus, que sunt iuxta radicem,  
145 fit emplastrum in natura morsure uenenosorum. Idem in eodem libro: andruiana confert  
uenenosis omnibus et propie morsioni. Idem in eodem, usucar pondus dragmarum 10  
est uenenum pernitiosum. Et ex suffumigatione eius, quod ex ipsa cum uiride, effugiunt  
uenenosa parua. Idem in eodem: citri seminis pondus duarum dragmarum cum uino et  
thile et aqua calida illinitum resistit uenenis omnibus. Et propie ueneno scorpionis

126 Occissi in utero matris coagulum *M* Coagulum occissi in utero matris *V* 127 Pellis subtracta sui  
securum *M* Pellis subtracta cerui *V* 132 Aly *V* Virgada muli *M* Virga damuli *V* 133 secundi *V* II<sup>o</sup> *Cas.*  
142 et insecatis *in margine* *V*. 143 amonium *V* amony *Cas.* Ponuntur in confectionibus pro ea; *M*  
*Omittit* in confectionibus *V* 145 andruiana *Cas.* 147 Et ex fumigatione *M* Et ex suffumigatione *V* 148-  
149 *omittit* thile *M* Cum uino et thile *V*

150 bibitum aut linitum. Et eius cortex est uicinus illius. Et succus corticis confert morsui  
uipere bibitus. Et cortex eius emplastro superpositus uicinus illi. Idem in eodem:  
coagulum leporis cum aceto est tyriaca et bedezahar uenenis. Idem in eodem: abrigilise  
cum masticatur ex citrina, habente folia citrina rubi coloris, et prohicatur super uenenosa  
et interticit ea. Idem in eodem: lac mulieris est tyriaca leporis marini. Et dentes hominis  
155 triti et puluerizati super morsuram uipere aut adusti et puluerizati. Et stercum eius  
puluerizatur super morsuram hominis. Et eius sputum dum est ieiunus interficit  
scorpiones et serpentes. Idem in eodem: auellana confert uenenis et morsibus et proprie  
cum ficibus, et ruta puncture scorpionis. Idem in eodem: agnuscatus confert morsui  
serpentis cum bibitur ex eo dragma 1; et similiter morsui canis et luppi superposito  
160 emplastro et suffumigatione facta ex eo et eius folia fugant uenenosa. Idem in eodem:  
glans confert uenenis uenenosorum. Et caro castanee est bona uenenis. Idem in eodem:  
urina hominis confert morsui uipere bibita Et effunditur super eum et proprie uipere  
petrose, et cum nitro, super morsum canis rabiosi. Et omnium morsus et puncture ualet.  
Et, que ex ea antiqua est, confert uenenis omnibus et lepori marino. Idem in eodem  
165 saliuam interficit omnia uenenosa et serpentes et scorpionem. Idem in eodem: napellus  
moysi est tiriaca omni ueneno et uipere. Idem in eodem: nux est cum ficibus et rutae  
medicamentum omnibus uenenosis. Et ex ea cum cepe et sale fit emplastrum super  
morsum canis rabiosi et reliquorum. Idem: castoreum confert morsui uenenatorum  
paruorum. Et est tiriaca prefocacioni ellebori. Idem: opopamac cum pice emplastratum  
170 fit adherementum bonum morsui canis rabiosi. Et cum aristologia ad puncturas bibitum  
est tiriaca. Et similiter eius succus. Loco eius in confectionibus ponitur ficus.

159 lupi *M* luppi *V* 160 subfumigatione *M* suffumigatione *V* 165 serpentem *M* serpentes *V* 169  
elobori *Cas. V*

Et extimo quod armoniacum est ei propinquum. Idem in eodem: gentiana est ultima medicina puncture scorpionis. Et pondus duarum dragmarum ex ea cum uino confert puncture uermium omnium uenenatorum, et morsui omnium luporum et morsui  
175 omnis rabiosi.

Loco eius in confectionibus quantum ipsum est et medietas eius ex asaro. Et quantum medietas eius de radice caparis. Idem in eodem: pellis recens calida capre, quando ponitur super morsum uipere, attrahit uenenum. Idem in eodem: caseus cum calamento uel mentrasto montano epithimatur super uenena. Idem in eodem: derbium  
180 confert uenenis. Loco eius in resolutione diureticorum due tercię ponderis sui deletur et medietas ponderis ipsius de abel, ueruptamen in impugnatione non amministretur abel. Idem in eodem: cerebella salubria sunt in haustu uenenorum et morsibus animalium cum comeduntur.

Idem zinziber confert uenenis uermium uenenosorum. Idem in eodem:  
185 atramentum est contra uenenosa desicans pulmonem. Idem in eodem: butirum resistit uenenis et precipue cum eo linitur morsus uipere. Idem: pix resistit uenenis et confert cum linitur super morsum uipere. Ibidem: stercus caprarum et proprie montanarum decoctum cum aceto et bibitum puncture uermium uenenosorum confert. Imo confert, teste Galeno, morsui uipere.

190 Et stercus asini pascentis siccum cum uino puncture scorpionis est ualde bonum. Stercus gallinarum tiriacam esse fungis strangulantibus expertum est; et facit spuere humorem uiscosum grossum. Stercus tauri proprie effugat uermes uenenosos et cimices quando cum eo fit suffumigatio. Ibidem: oliue oleo et aqua calida fiat nausea et rumpit uirtutem uenenorum. Guma oliuarum siluestrium memoratur inter medicinas mortiferas.  
195 Ibidem aristologia confert puncture scorpionis et proprie longa.

172 armoniacum *M* armoniacum *V* 174 omnium uermium *M* uermium omnium *V* 174-175 et morsui omnis rabiosi *M* morsum animalium rabiososorum *in margine V* 178 uenenenum *V* 184-185 idem in eodem: atramentum est contra uenenosa desicans pulmonem *dupliciter deleuit V* 193 calida *repetitur M*

Quidam autem dixerunt cum ex longa bibuntur dragme 2 cum uino, aut fit ex ea emplastrum, confert puncture uermium uenenosorum et uenenis. Loco rotunde pondus equale zurunbeth in confectionibus et tertia ponderis de macis, et medietas ponderis sui de costo. Et loco longe ponitur equale zurunbeth, et medietas ponderis sui de pipere.

200 Ibidem: licii fructus confert perniciosis et uinum datur in potu ad morsum canis rabiosi. Loco eius ponitur filzaharagi equale pondus et agregatis faufel et sandalo equaliter equale pondus ipsius. Ibidem: emplastrum factum ex amonio arbore cum becharo ualet puncture scorpionis. Ibidem: nasturcium confert puncture uenenosorum uermium bibitum et more emplastro superpositum cum melle. Et cum ex eo  
205 suffumigatur efugat eos. Ibidem: asa ponitur super morsum canis rabiosi et uermium uenenosorum et proprie scorpionis et rutele et confert omnibus illis bibita et linita cum oleo. Et expellit nocumentum sagitte uenenose. Loco fetide equale pondus semis de serapino et tantundem de maroch et medietas ponderis eius de gumma rute. Ibidem coloquintida que colligitur uiridis, soluit superflue et facit uomere superflue et  
210 conturbat, ita ut fortasse interficiat et datur ad potandum cum equali pondere sui cum dragaganto. Et ex singulari nascente super radicem suam sola fortasse interficiunt duo danich ex semine suo. Ex cortice ipsius danich unus. Et radix eius confert morsui uipere. Et est ex medicinis magis iuuantibus ad puncturam scorpionis. Et quidam iam narrauit quod ipse uni arabum dedit in potu, quem scorpio in quattuor locis pungerat,  
215 dragmam 1 ex ea, et sanatus est statim. Et similiter confert epithema factum ex ea. Locus eius grana alseruha, et dixerunt triplum eius de cucumere asinino. Et dicitur feniculum siccum. Ibidem acetosa conferunt puncture scorpionis et proprie siluestris. Et si administretur semen eius ante puncturam scorpionis non nocebit eius punctura. Ibidem: granum bibitur et guma eius et fructus cum uino ad morsum rutele. Ibidem:  
220 karbe finditur et ponitur super morsum uipere et sedat dolorem. Ibidem: lapis dicitur quod confert sua suspensione morsui serpentis. Inquit Gallenus, retulit illud quidam homo uerax.

199 ponderis sui de pipere *M om.ittit V* 201 fel yzaragi *M. et V. filzaharagi siue alfeluzharagi. ed. secundum Auicenna* 207 expulit *V* 214 pugerat *V*

Ibidem kamedreos, fit emplastrum morsibus uermium uenenosorum. Ibidem:  
ciminum datum in potu cum uino ad morsum uermium uenenosorum et proprie  
225 siluestre, cuius semen est simile semini lini. Ibidem: herbum fit emplastrum cum uino  
super morsum uipere et morsum canis rabiosi et hominis ieiuni. Idem in eodem: caulis  
succus cum uino confert morsibus. Et est conferens morsui canis rabiosi. Ibidem: porri  
succus cum mellicrato est conueniens morsibus. Ibidem: uitis cinis post expressionem  
230 musti, id est, uinacie, quod remanet est tiriaca morsui uipere. Ibidem: saliuia resistit  
uenenis. Et cum ieiunus expuit super scorpionem multociens moritur. Caro damule  
exsiccata cum uino in potu accepta confert uenenis. Caro arietum adusta confert  
morsibus serpentum et scorpionum et alrerarach. Et cum uino morsui canis rabiosi. Et  
caro rane puncture uermium uenenosorum. Ibidem: muscus est tiriaca uenenorum et  
proprie napelli. Ibidem: mezerium bibitur cum uino ad morsum uermium uenenosorum,  
235 et est proprie nigrum uenenum mortiferum. Et quando miscetur cum sanich et  
coniungitur cum aqua et oleo interficit mures et canes et porcos. Et quod de eo interficit  
homines est pondus duarum dragmarum. Interficit enim cum conturbatione et uomitu et  
solucione. Ibidem: bedelium confert morsui uermium uenenosorum. Ibidem: fel  
hircinum siluestris est tiriaca morsibus uenenosis, et similiter fel tauri.

240 Ibidem: maiorana cum aceto fit emplastrum ad puncturam scorpionis. Ibidem:  
sal fit emplastrum cum semine lini ad puncturam scorpionum. Et cum menstrasto  
montano et hysopo et melle ad morsum cornute. Et cum aceto et melle ad morsum  
habentis XLIV et uespe. Et cum oximelle nocumento opii et fungorum mortiferorum.  
Ibidem: nemeni confert puncturis et fit ex eo emplastrum puncture uespe. Et bibitur ad  
245 puncturam eius pondus dragmarum 2 de eo cum oximelle.

237 mixtu *Cas* uomitu *M* mitu *V* uomitu *ed* 239 hircinum *M* yrcinum *V* ycinum *Cas* siluestris *om*. *M*  
siluestre *Cas*. 242 ysop *Cas*. hysopo *V* 244 nemeni *V* nemen *Cas*. emplasti *V* emplastri *Cas*.



Ibidem: furfur confert puncture scorpionis et serpentis more emplastri superpositus. Ibidem: decoctio cameos effunditur super mordicationem scorpionis et sedat. Et bibitur ad puncturam uermium uenenosorum. Ibidem: petroleum confert puncture epithimatum. Ibidem: cancer confert morsui scorpionum et rutele more  
250 emplasti superpositus aut comestus.

Et cinis eius cum melle confert ad morsum canis rabiosi bibitus, et est notum. Et quandoque sumitur ex eo cum frumento ad morsum canis rabiosi, et est notum. Et scies modum qui sit propter ipsum, quere in capitulo de uenenis. Et estimauerunt etiam quod quandoque cum bedegar aproximat scorpioni moritur scorpio. Ibidem: liliu[m] confert  
255 puncture uenenosorum et proprie scorpionis. Ipsum et succus eius et sirupus eius et semen ipsius conferunt bibita omnibus puncturis. Et oleum eius est tiriaca, bezoar et coriandri et fungorum. Ibidem: serapinum in uino datur ad bibendum ad puncturam uermium uenenosorum et ad omnia uenena mortifera. Et eius operatio est fortior operatione galbani, et quandoque confert delinitum in omnibus illis. Loco eius ponitur  
260 in confectionibus guma cedri. Et dixerunt quidam quod guma pini masculini pondus et medium de opoponaco. Ibidem: ruta confert uenenis. Et bibat qui sibi timet nec in potu summat uenenum et pungi a uenosis.

247 ameos *M et V* cameos *ed.* 254 bederogi *Cas* bederogi *M* bederagi *V.* 257 benz *M et V* bezoar *ed* 261 opoponaco *M et V* opoponaco *ed* uenenosis *M et Cas.*

De semine eius pondus dragma 1 cum foliis suis cum uino, et proprie cum  
bibitur cum nuce et bolo, omnibus contritis et conmixtis. Et plurium ipsius sumere et de  
265 siluestri est permitiosum. Ibidem: butirum est tiriaca uenenis in potu sumptis. Ibidem:  
piscis capita sumeros sallitarum adusta ponuntur super morsum canis rabidi et  
puncturam scorpionis et conferunt. Et similiter omnes pisces et iura eorum et ius omnis  
piscis confert in uenenis bibitis et puncturis. Et piscis qui nominatur citaras ius bibitum  
et uomitus post ipsum multociens prouocatus secundum continuationem confert morsui  
270 serpentis cornuti et canis rabiosi. Item iuniperus expellit nocumentum puncture  
uermium uenenosorum.

Et suffumigatio ex qualibet earum et ex qualibet parte arboris eius facta effugat  
uermes uenenosos. Ibidem: rubee stipites cum foliis conferunt morsui uenenosorum  
uermium. Ibidem: piperis radice aureus unus confert morsui uipere. Et similiter  
275 puncture omnium uenenosorum. Loco eius ponitur pondus ipsius de durunigi et due  
tercie ponderis ipsius de macir. Ibidem: calamentum quando bibitur, aut fit de eo  
emplastrum, confert puncture uermium uenenosorum. Et approximat liniri ex eo in illo  
operi cauterii. Et quando premitur et bibitur cum uino expellit uenena mortalia. Et  
suffumigatio ex foliis eius fugat uermes uenenosos; et quando sternitur et siluestre est  
280 bonum puncture scorpionis, et montanum quando bibitur succus eius cum decocto  
confert morsui luporum. Ibidem: rafanus confert morsui uipere. Et cum uino morsui  
comite, et semen eius confert uenenis et uermibus uenenosis. Et si ponatur fructum eius  
super scorpionem moritur, et aqua eius experta est in hoc et est fortior.

263 semine *in marg.* V 270-271 nocumentum uermium uenenorum puncture M 272 fugat M 274 macis  
M et V macir ed. 282 uenenosis V ponitur Cas.

Et si momorderit aliquem scorpio qui rafanum comedit non nocebit ei. Idem de  
285 muribus dicit quod conueniunt omnes in hoc, quod quando finditur uiuus et ponitur  
super puncturam scorpionis sanat eam. Ibidem: cordumeni confert mordicationi  
scorpionis et reliquis puncturis. Loco eius ponitur harbamel et squinantum. Ibidem:  
arundo confert mordicationi scorpionis. Ibidem: cartami conferunt folia siluestris, aut  
fructus eius, aut amborum commixtio quando in potu tribuuntur cum uino ad puncturam  
290 scorpionis. Quidam autem homines dixerunt quod si morsus tenuerit in ore folia  
siluestrum et fructum eius non sentiet dolorem, et quando ea se proiecerit redibit dolor.  
Ibidem: citri fit emplastrum super morsum serpentis habentis cornua. Et datur cum uino  
ad potum leporis marini. Et soluitur in adipe cerui et liniuntur ex eo membra et non  
approximant eis uermes. Ibidem: costus confert morsibus omnibus, scilicet morsui  
295 uipere et aliis, quando bibitur cum uino aut absinchio.

Loco eius ponatur piretri medietas ponderis ipsius. Ibidem: galbanum est tyriaca  
uenenis que imbibitur sagittas quando bibitur cum uino et uenenis serpentum. Et fumus  
eius fugat uenenosos uermes. Et quando ex eo fit linimentum cum satuduleno  
interficitur ille qui de uermibus uenenosis ei qui linitus est appropinquat. Et ipsum  
300 quidem omni ueneno resistit minus tandem quam sit resistentia serapini. Loco eius  
ponitur serapinum. Ibidem: abrotanum quando bibitur cum uino confert uenenis, et  
quando sternitur interficit uermes uenenosos; immo fugat uermes uenenosos. Ibidem:  
roba est tiriaca morsui scorpionum et rutele. Et quidam student ad hoc ut sumant de  
cortice eius superioris, sicut lens, et prohiciantur in fissuras puncture. Ibidem: adeps  
305 porcina confert puncture uenenosorum. Et adeps elephantis et cerui quando fit ex eis  
linimentum fugat uenenosa. Et adeps caprinum confert cantaridibus. Et caro cerui  
confert spasmo.

284 Et qui comedit raffanum quem scorpio momorderit non nocebit ei *M* 291 siluestris *M* 293 ex eo  
membrum seu membra *M* 297 imbibunt *M*

Ibidem: poma confert uenenis, et similiter succus et folia ipsorum. Ibidem: ficus  
lac confert puncture scorpionis iniunctum. Et similiter rutele. Et similiter ponitur illa  
310 que est inmatura aut folia recentia super morsum canis rabiosi et confert. Et fit ex ea  
emplastrum cum herba super morsum mustele et confert. Et aqua cineris eius iniuncta  
confert morsui rutele in potu data et inunctione ex ea. Et almizer confert puncturis  
uenerosis bibita et linita. Ibidem: allium confert puncture uermium uenenosorum et  
morsui serpentium quando bibitur cum uino. Et nos iam experti sumus illud. Et similiter  
315 morsui canis rabiosi. Et quando fit emplastrum ex allio et foliis ficus et cimino super  
morsum mugali confert. Ibidem: lactuce lac siluestris potu datur morsui rutele et  
scorpionis.

Ibidem: laurus confert mordicationi scorpionis cum uino et arrob, et est bona  
uespe et api quando pungunt. Et omnino est tiriaca uenenis omnibus bibitis. Loco eius  
320 ponuntur folia sisimbrii. Idem in eodem: galline fisse per medium super cor suum aut  
gallus ponuntur super locum lesum a uermibus uenenosis et permutantur qualibet hora  
et prohibent nocumentum uenenosorum. Et in uenenis bibitis etiam sorbetur eorum  
decoctio cum aneto et sale et euomitur. Idem in eodem: emdiuie est plurimum cum radice  
sua positum super puncturam scorpionis et uermium paruorum uenenosorum et uespe et  
325 serpentis guasen, abras confert. Et similiter cum sanich. Idem ex argento uiuo fugiunt  
uermes ueneni et serpentes. Hec omnia que dicta sunt ex uerbis Auicenne, in secundo  
tractatu II<sup>o</sup> libri *Canonis*, sumpta sunt. Et hec quidem simplicia sunt. Et si componantur  
fortius operantur quia uirtus eorum fortificatur, alias non sunt tante uirtutis.

310 conferunt *M* 311 herbo *V* uenenosos *M* mustelle *M* 320 per medium *om.* *V* 323 emdiuie est  
emplastrum *M* 325 ex argento uiuo *in margine V*

<De appibus. Quartum capitulum>

330 Appes principibus et eorum exercitibus frequenter molestias intulerunt Inmo  
etiam legitur quod pugnauerunt contra hostem pro custode suo et fugauerunt eum  
pungentes acriter. Secundum uero Constantinum in VII<sup>o</sup> libro *Viatici*, uenenum appum  
et uesparum acutum est, et ideo generat incensionem et dolorem nimium et uescas  
nigras, unde oportet superponi alcannam cum ordeï farina, aceto temperatam. Lac  
335 ficuum ualet, uel nuces pistate cum aceto. Et frondes basiliconis et blitis pistate atque  
superposite ualent. Quidam medici dicunt quod frondes malue pistate et superposite  
ualent. Item si cum succo malue quis ungetur non mordebitur a uespis uel apibus. Item  
musca manibus fricata et morsure uesparum et appum superposita iuuat. Item Auicenna,  
in II<sup>o</sup> tractatu secundi libri *Canonis*: fimus boum illitus iuuat ad appum et uesparum  
340 ictus. Item Haly: fimus bouis cataplasmatum puncture appum et uesparum prodest.

Item Auicenna, in II<sup>o</sup>: stercus caprarum atrahit uenenum uesparum et appum.  
Ibidem: laurus confert mordicationi scorpionis cum uino et arrob. Et est bona uespe et  
api quando pungunt, et omnino est tiriaca uenenis omnibus bibitis. Loco eius ponuntur  
folia sisimbrii in confectione. Remedia similiter ad effugandum appes, secundum  
345 Hisidorum, sunt fumus et tumultus nam fumo fugantur et tumultu exasperantur. Plinius,  
libro XI<sup>o</sup>: oderunt appes fumum mulierumque menses, id est, menstrua; unde cum mella  
eximuntur fumo abiguntur. Oderunt etiam odores fedos etiam fucos. At uero unguenta  
redolentes infestant.

329-373. I. Aeg. "De appibus", 828-830; " De animalibus-De appibus", 1720-1790; V. Bell.  
XX: "De appibus", "De excellentia apum", "De sollertia apum", "De generatione apum", "De  
pullis earum", "De speciebus apum", "De uita earum et uoce et somno", "De cibo earum et potu  
ac somno", "De mansionibus earum", "De appibus inuestigandis", "De melle", "De cera", "De  
aluearibus", "De morsibus apum", 1503, E-1504-1505-1506-1507-1508-1509-1510-1511-1512-  
1513-1514-1515-1516-1517-1518-1519-1520-1521-1522-1523-1524-1525,B

329 De appibus. Quartum capitulum *Cas. omittit M spatium tituli V 334 ordeï in margine V 336 ualent  
in margine V 336 pistate et superpositae ualent item si cum succo malue, in margine V.*

Impugnant eas eiusdem nature degeneres: uespe, et scrabones uel crabones, et  
350 muliones, et hirundines, et rubete, rane, maxime quando potant, secundum Aristotelem.  
Nocet etiam appibus apropinquare ranis et uespis et ouibus. Item cancrorum in odore  
exanimantur si iuxta coquatur, secundum Plinium. Item inimica est appibus echo  
resultans, et nebula, et aranea texens in aluari, et papiliones et teredines. Idem, libro  
XXVIII<sup>o</sup> appes fugiunt ab aluearibus menstruatis.

355 Item Ambrosius et Plinius et Aristoteles, libro XI<sup>o</sup>: appes oleo perfuse et soli  
opposite necantur, quia opilat respiramen. Aceto uero perfuse reuiuiscunt;  
experimentatores quod appes in aqua extincte si post modum sub cineribus ponantur  
reuiuiscunt. Item titimalli et ulmi flores et ellebori necant eas, secundum Palladium in  
III<sup>o</sup>: item succo malue aut maluauisci iniunctus secure accedit ad aluearia, sicut innuit  
360 Auicenna et Plinius. Idem: ipsarum, rege mortuo, plures pre tristitia moriuntur, nisi cito  
de ipsarum medio auferatur. Item Plinius, in XXI<sup>o</sup>: cum eximuntur aluearia genesta uel  
uite alba precingi debet exitus ne effugiant.

De hac materia satis habitum fuit in libro nostro *De Historia Naturali* et *De*  
*Remediis*. Item Auicenna, in II<sup>o</sup> tractatu secundi libri *Canonis* dicit quod in stercore  
365 caprarum est atractiua uirtus: atrahit enim uenenum uespe. Item: nemeni confert  
puncturis. Et fit ex eo emplastrum puncture uespe. Et bibitur ad puncturam eius pondus  
dragmarum 2 de eo cum oximelle. Ibidem: altea quando linitur cum aceto et oleo  
prohibet nodcumentum uermium uenenosorum. Et decoctio eius confert cum aceto  
commixta aut cum uino puncture apis et illud fit leniendo, sicut extimo. Idem in IV<sup>o</sup>  
370 *Canonis*: effugiunt uespe ex suffumigatione sulphuris et alliorum nec appropinquant ei  
qui linitur ex altea et succo malue et oleo. Idem: ex sale cum aceto ac melle fit  
emplastrum ad puncturam uespe. Similiter oleum lauri confert eius mordicationi. Idem:  
remedium est contra uespes et contra apes. Requiritur infra in capitulo de uespis in V<sup>a</sup>  
littera.

355-356 aceto uero perfuse reuiuiscunt M 357 experimentatores dicunt M 358 Item titimalli *lituratum* V  
359 item succo malue aut malua iniunctus securus M 362 fugiant M 365 nemeni V. nemen *Cas* 367-368  
et oleo prohibet nocumentum uermium uenenosorum. Et decoctio eius confert cum aceto *glossa in*  
*marginē* V prohibet: expellit M 371 ex sale *om.* M

375 *De araneis. Quintum capitulum.*

Araneorum morsus quam molestus sit patet ex eo quod dicit Auicenna, in II<sup>o</sup> tractatu secundi libri *Canonis*, quod ex morsu earum accidit plurima uentositas in uentre cum horripilatione et frigore extremitatum et erigitur uirga. Remedium uero est, secundum ipsum, nigella et uinum cum ruta sicca. Item Constantinus, in *Pantegni*, libro  
380 VIII<sup>o</sup>: aranee morsus multum faciunt dolorem et ruborem et frigidum sudorem, et citrinum colorem, et stranguiriem in urina, et lingue extensionem ut sermo eorum uix discerni possit et humiditatem; uomunt quasi aranee telam et habent uentris emollitionem. Remedium uero, secundum eundem, contra eius dolorem est aqua calida infusa. Item Dioscorides: sanguis cerui perunctus araneas et uulnera mala compescit.  
385 Item: confectio ad morsuram scorpionis et puncturam aranee, secundum Galienum, recipe aristologie dragmas 6, piperis dragmas 3, opii dragmam 1 et semis, piretri dragmas 5; tempera cum uino et da in modum fabe.

Alter: recipe calamenti agrestis et domestici, piperis, mirre, rute ana; tempera cum melle et da bibere. Alter: recipe rute, semen eruce, piretri, storacis, sulphuris ana,  
390 dragmas 9; castorei dragmas 3; fac puluerem; tempera cum sanguine testudinis et da bibere. Et nota quod basilica, id est, gentiana, cum spuma equi masculini contrita ante unam horam fatigati, cum aceto distemperata, postea potata, occidit serpentem et alios uermes in uentre hominis. Venenum istud frigidum est, et ideo contra illud ualent auellane et allium et castoreum. Item statim post morsum omnium reptilium uel  
395 ambulantium, scindatur gallus per medium et superponatur morsure, uel etiam apponatur anus galli uiui super locum morsure et totam uenenositatem cohibet et uentositatem ex qua inflatur quasi ydropicus. Item: conterantur appes et uespe et ponantur super puncturam. Contra morsum aranee empleentur musce.

375-416 I. Aeg. "De aranea" 942-950, "De animalibus-De aranea" 1794-1750, V. Bell. XX<sup>o</sup>: "De aranea", "De aranee generatione", "De uenatione aranee", "De diuersis speciebus aranee", "De morsu aranee" 1525 B, C, D, E-1526-1527-1528 A, B.

375 quintum capitulum *omittit M* .378 uero *omittit M* 384 compescit *V*

Nota quod in omni morsu cum ea, ueneno operandum est, ut in morsu tyri. Et est  
400 ualde bona tiriaca dyatessaron aut esdra. Et emplastrum factum ex alliis, genta, et sale et  
sanguinem suggere et scarificationes. Et gallus uiuus scissus per medium. Et buffo  
interposito panno. Item uentosa superposita confert, et podex galline, et sansucus cum  
melle distemperatus. Qui et cathaplasmatum, ut dicitur, omnem dolorem aufert et  
humorem. Sub punctura autem tarante potest comprehendi punctura aranee. Et sub  
405 morsu scorpionis, morsu lacerte uiridis et quodlibet uenenum frigidum. Et sub punctura  
appum, punctura omnium muscarum uenenosarum intelligitur.

Specialiter omne uenenum destruunt gentiana et ypericon et que habent hanc  
uirtutem ab aspectu et uirtute consequente speciem. Et notandum quod quecumque  
dessicant sperma, consumunt uenenum; quedam enim ualent contra uenenum, ut  
410 frigidus supra dictum, consumendo, ut allium et sal. Quedam species reparando ut  
gallina comesta; quedam uiscositate claudendo poros, quedam frigiditate constringendo;  
quedam multum nutriendo ut lac; tamen uiscositate repugnat claudendo poros. Et  
similiter oleum exhibitum ne ad cor penetret. Generaliter autem oportet ueneni omnis  
medicina perconsumptiua. Et notandum quod in genere ueneni calidi, secundum Isaac,  
415 est ueneni tyri. Et de genere ueneni frigidi est uenenum aranee et scorpionis, ut  
habebitur infra in V<sup>a</sup> littera, in tractatu de uenenis.

400 genta V gentiana Cas ruta M 401 sanguis M gallus uiuus per medium scissus M 409-410 quedam  
enim ualent contra uenenum ut frigidus supra dictum in margine V 413 omnis in margine V 413-414  
medicina ueneni perconsumptiua est. M



*De argento uiuo. Sextum capitulum.*

Argentum uiuum accipitur interius, quandoque extinctum et quandoque non  
extinctum. Et non extinctum non nocet quia, secundum Auicennam, egreditur per uiam  
420 egestionis cum dispositione sua prima; uerumptamen cum infunditur in aurem alicuius  
tunc perniciosa facit accidentia. Primo facit uehementiam doloris, postmodum  
alienationem mentis, deinde perducit ad spasmus; postmodum in uehementia doloris  
latissimi et grauedinem; ad ultimum perducit ad aplopexiam uel epilepsiam. Et hoc cum  
attingit substanciam cerebri. Et tunc cadit et interficit. Accidentia que inducit argentum  
425 uiuum, extinctum uel sublimatum interius acceptum, sunt similia accidentibus que facit  
litargyrus, fit enim punctura et corrosio in interioribus et maxime in intestinis et fit  
grauedo lingue et stomachi et aponatur cor. Et ad ultimum retinetur urina et prohibetur  
eius exitus et moritur.

Et dico quod argentum uiuum non extinctum medicabitur melius per clisterem  
430 quoniam descendit cum egestionem cum dispositione sua prima. Quoddam est extinctum  
uel sublimatum melius educitur per uomitum. Et hoc statim postquam summitur intra.  
Quia si trahetur ad intestina excoriaret membra quibus obuiaret. Postmodum autem sunt  
tres intentiones necessarie: prima est ut soluatur si quid fuerit residuum de ueneno. Et  
hoc per medicinas resoluentes calidas, uerbi gratia: dentur de mirra dragme 3 cum uino  
435 calido, uel aqua mellis, uel etiam semen apii, ruta, saluia, castoreum. Decoquatur in  
uino et illud detur. Secunda est ut confortetur cor sicut per diamargariton et per ceteras  
medicinas cordiales, ut dicitur in egritudine cordis, in libro nostro *De trifaria medicina*.  
Tertia est ut si fuerint uulnera in stomacho uel in membris per que transit, ut  
consolidentur, sicut ex pinguedine caprina uel porcina et decoquitur cum ptisana sicut  
440 docet Isaac.

417-464 I. Aeg. "De argento uiuo" 1018-1020-1022-1024; V. Bell. Lib. VII<sup>o</sup>: "De argento uiuo  
et eius origine, uel natura", "De operatione ipsius in alchymia", "Qualiter argentum uiuum sit  
elementum omnium liquabilem", "De uirtute ipsius in medicina", "De ipsius potione ac  
fumigatione uenenosa" 463 D-E, 464-465-466-467 A-B.

418 non *in margine* V 421 tuc V 426 est enim punctura M 438 stomacho *infrascriptum* V 439 tipsana M

Item cum fuerit argentum uiuum non extinctum in aurem alicuius infusum, sicut docet Auicenna, quidam intendunt extrahere illud cum lamina plumbi. Dicunt enim quod cum intromittitur in aurem adheret ei argentum uiuum et extrahitur. Et dicit Auicenna quia hoc est error, id est, exemplum fallibile. Quoniam est possibile ut  
445 profundetur ita argentum uiuum ut non contingat plumbum. Et dico quod melior esset ad hoc lamina auri propter illum, quod argentum uiuum sitit aurum sicut sciens aquam, ut habetur in *Libris alkimicis*. Vnde etiam experimento scitur exterius qualibet aliquantulum sit distantia inter argentum uiuum et aurum; salit tamen in aurum. Docet autem Auicenna quod homo huiusmodi surgat supra partem unam et saliat supra aliam  
450 partem in qua infusum est argentum uiuum in aure et inclinet caput suum quantum possibile est ei plurimum declinare, et tenendo cum manu sua rem aliquam firmam quia ex quantitate motionis excutietur argentum uiuum; ad similitudinem huiusmodi medicantur similia.

Item Auicenna, in II<sup>o</sup> *Canonis*: argentum uiuum sublimatum est interficiens  
455 propter uehementem incisionem. Et eius cura fortis est bibere lac et uomere. Et Galenus quidem dixit quod est expertus illud in ipso. Et dicunt quidam quod extinctum interficit grauitate sua. Ipsum enim corrodit quod sibi obuiat grauitate sua. Hoc autem uerbum non est comprehensum. Et ipsum interficit mures. Et ex fumo eius fugiunt uermes uenenosi et serpentes.

460 Argentum uiuum extinguitur cum forti admixtione salie hominis donec dispareat. Et dico quod si proieceris super ipsum aquam feruentem, si redierit ad primam dispositionem non est extinctum. Cum uero non redit, bene est extinctum. Et notandum quod si fiat anulus subtilis concauus et repleatur argento uiuo et ponatur ad solem feruentem mouebitur anulus, sicut dicunt.

447 Vnde experimento exterius scitur M 452 silitudinem V 458 eius: eis V

465 *De ascaridibus et lumbricis. Septimum capitulum*

Ascarides et lumbrici, secundum Stephanonem, habent ex flegmate generari, cuius rei argumentum est quia calor et sicut medicina eos occidit. Quia, secundum Boecium, nullum oppositum iuuat suum oppositum ad edendum. Sed secundum diuersas species flegmatis uaria generantur genera lumbricorum. Ex salso enim flegmate  
470 fiunt lumbrici longi et rotundi. Caliditas enim facit motum ad centrum et ita coartatio siccitatis et ita longitudo ex parte calliditatis. Siccitas facit motum et sic rotunditas ex parte siccitatis. Ex flegmate dulci fiunt lunbrici longi et lati, quia ex parte caliditatis fit protractio, et ex parte humiditatis diffusio, quia humidum est male terminabile. Ex flegmate acetoso curti et rotundi quia utraque qualitas, scilicet, frigiditas et siccitas,  
475 motum habent ad centrum. Et ex flegmate naturali fiunt breues et lati et dicuntur ascarides seu cucurbitini quia seminibus cucurbitarum assimilantur.

Ex flegmate uitreo non credo uermes posse generari. Non enim sufficit ad uiuificationem cum illud actualiter frigidum in corpore reperiatur et cum ulteritate frigiditatis. Quia non est calor qui debetur uite. Longi et rotundi, graciles frequentius et  
480 subtilius in gracilibus generantur intestinis, unde formam sumpserunt. Reliqui in reliquis, maxime in orbo. Et quidam etiam minuti alibi sepius circa pudicum circulum creantur, inducentes puncturas, mordiciones et dolores et tenasmon.

465-571 I. Aeg. "De ascaridibus", 1216-1218-1220-122-1224; V. Bell. XII<sup>o</sup>, "De lumbricis", 1350 E; 1351 A, B; XX<sup>o</sup>: "De uermibus in generali", "De diuersa uermium origine", "De anulosis", "De pedibus eorum", "De quorundam alis", "De quorundam aculeis", "De uita insectorum siue anolusorum", "De generatione ipsorum", 1497-1498 A, B, C, D; 1498 E- 1499-1500-1501-1502-1503 A, B, C, D., "De lumbrico", 1540 E-1541 A, B. Cfr. Auic., III<sup>o</sup>, fen 6, 4, "De uermibus".

465 septem capitulum *M* 465 falsitate *Cas.* 466-467 ad circumferenciam et ita longitudo ex parte calliditatis. Siccitas facit motum *infra scriptum V* Caliditas enim facit motum ad centrum siccitatis et ita longitudo ex parte caliditatis. Siccitas facit motum ad centrum et ita coartatio et sic rotunditas ex parte siccitatis *M*. 471 calitas *M*

*De ascaridum et lumbricorum acuta egritudine.*

485 Ascaridum et lumbricorum passio acutissima est ut interdum ducat patientem in exterminium mentis, unde aliquando uidentur frenetici, quandoque maniacy, quandoque melancolici, quandoque obmutescunt ut litargicy, appopleticy, quandoque cadunt ut epillepticy. Aliquando sincopizant ut in suffocatione matricis. Quandoque fluxus paciuntur ut in dissinteria, quandoque strident dentibus et clamant ut sciaticy, quandoque plangunt uentrem ut colicy.

490 *De ascaridum et lumbricorum signis.*

Ascaridum et lumbricorum signa sunt ista: pruritus narium et labiorum, oris fetor, uentris gurgalatio et discursus et motus per intestina quasi animate rei et magis in ieiunis. Et ascendunt et descendunt ut interdum eiciantur per os. Dentium fetor, stridor et frendor et precipue in sompno et intempestius pruritus corporis et quandoque a sompno surgunt quasi maniacy. Macies et coloris mutatio in pallorem detestabilem; frequens dissolutio ex malfitione. Dolor stomachi et tortio intestinorum et eorumdem mordicatio et punctura, specialiter ante prandium. Aliquando fastidium paciuntur, et aliquando uomitum; et aliquando caninum appetitum; et quandoque lumbricy per os, quandoque per nares educuntur, quandoque per inferiora, quandoque ignitas emittunt sanguinis guttas ex corrosione intestinorum; quandoque superfluitates proprie digestionis grosas. Sepe concomitantur syncopis et febris extatica, stupor quasi extra naturam et sompniculositas et omnium uirtutum debilitas et extenuatio corporis. Et quandoque pruritus est circa longeonem. Alii cadunt repente et distorquentur cum pulsi paruo deficiente.

495  
500

486 melicy Cas. 501 grossas M

505 Discernuntur igitur ab insanis quia in hiis procedit querela intestinorum et in hiis  
capitis, et in istis pulsus paruus, in illis magnus; frenetici feбриunt et in accessionibus  
desipiunt, isti non. Litargicus inde febricitat et supinus iacet; lumbricosus pronus et raro  
febricitat. Ex necessitate epilepticus spumat, hi uero non. Cathalenticus uomit, hic non,  
neque nauseat nisi raro. Apopleticus dolet caput prius, hic post affligitur et prius in  
510 uenter. Suffocatio ex raptu matricum cognoscitur quia hic in parte uentris affligitur, non  
in matrice. Item suffocantes subtracto cibo alleuiantur, isti grauantur.

*De generatione ascaridum*

Ascarides, secundum quosdam, generantur in orbo, lunbrici in yleone, cucurbitini  
et minuti in longaone. Et ista duo genera peiora sunt prioribus. Alii dicunt cucurbitinos  
515 in orbo generari, et alii qui sunt stricti et graciles in longaone. Dicunt enim tria esse  
genera, scilicet, longos, rotundos et peringrossos; secundo, curtos et longos; ergo  
strictos et graciles ad modum uermiculorum.

*De ascaridum et lumbricorum curis*

Aduertendum est autem quod eadem est cura eorum. Aromatica enim amara et  
520 acetosa occidit lunbricos, quemadmodum dulcia et aquosi sanguinis generatiua. Eos  
nutriunt ut herbe et fructus et maxime cortices fructuum et substancie herbarum.  
Lumbricosi uero mane cibentur ne propter nutrimenti defectum conuertant se ad  
stomachum, et intestina corrodant et perforant ea.

512 littera capitalis et spatium tituli V De generatione ascaridum M Stomaco *infra scriptum* V 519  
Aduertendum est autem quod eadem est cura. Aromatica V De ascaridum est lunbricorum cura.  
Aduertendum est autem quod eadem est cura eorum aromatica *Cas. eorum omittit M cura omittit M*  
amara detur M

Accidit autem quandoque, scilicet, cum sunt ueteres, quod perforant stomachum  
525 ita quod extra eminent acumina capitum; sed tales uidentur incurabiles; primo autem  
debent occidi et post eliminari. Detur ergo lac caprinum triduo quod multum affectat  
propter dulcedinem; postero inanito, dentur amara ut mescati dulcedine per  
consuetudinem, amara gulose sine distinctione propter famem comedant uel amara cum  
dulcibus, uel aromatica ut cum lacte uel melle exhibeantur ut decipiantur.

530 Amara ut aloe per se uel in pilulis, succus absinchii, persicaris, id est, foliorum  
persici uel radices, capparis, puluis lupinorum amarorum, centonice, cornu cerui usti,  
puluis centauree, nigelle. Specialia interficientia in lactanti etate sunt absinchium et  
nigella distemperata cum aceto et emplastrata. Similiter puluis cornu ceruini cum aqua  
salsa et parum mellis. Item: distemperetur centaurea cum uitello ouorum et farina tritici  
535 et fiant crispelle et offerantur bis in septimana, ieiuno stomacho. Item: succus persicarie  
cum lacte caprino idem facit. Inunctio fiat circa umbilicum cum felle tauri et succo  
centauree et potest admisceri succus ebuli et sanbuci et ponatur totum supra stomachum  
et intestina, lumbricos interficit et expellit. Nasturcium aquaticum quassatum et in  
patella calefactum sine liquore cathaplasmetur. Succus mente romane, id est, costi, et  
540 alterius mente, scilicet, ortolane, potatus etiam multum confert.

Similiter organum cum calamentum ex puluere lupinorum amarorum,  
centonica, cornu ceruino, ana dragma 1; pulueris graminis dragme 3. Conficiantur cum  
melle et exhibeantur. Aloe etiam cum succo persicarie aut absinchii emplastetur.  
Fortioribus autem detur gutta 1 uel 2 succi cucumeris agrestis cum ouo sorbili. Mirra  
545 detur in pilulis. Fiat hoc electuarium modernorum: Recipe: nitri, lupini, orobi, canabi,  
cornu ceruini, camedii, centauree, mirre, polii, amonii, centonice, muscate, pigani,  
psidie, cinnamoni, saligne, apii seminis, ana dragmas 8; mellis purgati quantum  
sufficiat. Conficiatur et detur. Dentur pilule de algabano et penidiis. Emplastrum fiat ex  
absinchii succo, arnanglose, apii, persicarie, id est, foliorum persici, centaurum, mirre,  
550 fellis tauri, ana; <...> puluis nigelle, centonice, lupini, salis tosti, mirre; super  
umbilicum pone, adde parum aceti et olei.

532 lactenti V cerui adusti M 537 totum *omittit* V 545 erobi *Cas.* 546 monnii V monocotyledonis *Cas*

Alter epithema paruorum: centaurum et nigella cum succo absincii et aceto et modico sale et oleo uel butiro confiantur et epitimetur. Idem facit limatura ferri. Detur rubea in sero cum succo pinpinelle uel camphorate, id est, abrotani. Gentiana lunbricorum interficit intra et colubrum potata. Radix serpentarie, id est, draguntee idem facit. Due gutte uel tres succi titimalli uel cucumeris agrestis lumbricos occidunt. Mortificatis lumbricis laborandum est circa eorum expulsionem. Detur ergo eis yerapis, uel aqua decoctione agarici et interiorum coliquintidis, uel cum benedicta, uel cum aliquo katartico, uel cum pilulis laxantis flegmatis purgationis. Et detur aliquod electuarium aromaticum quia precipue solet os fetere in lumbricosis, stomacho existente ieiunio. Succus crassule mirre potatus et emplastratus eos excludit. Si sint in inferioribus intestinis clisterizentur cum fortioribus medicinis et cum succo absinchii, et lupinis, et scamonea, et nitro, et sale et melle. Vel cum felle tauri, succo centauri et abrotani, preinuncto circulo pudibundo cum oleo. Vel fiat clystere cum aqua decoctionis nucleorum persiccorum, cerasorum, uel cum aqua decoctionis corticis nucis lunbricos mortificat et educunt. Et quando cucurbitini sunt circa anum grauiter excluduntur.

Hos oportet frequenter clisterizare cum fortioribus, ut pigra acuata cum aloe et felle. Sed fomenta pudicum circulum et iniunge oleo propter excoriationem et tenasmon. Cortex radice pomigera et radice fraxini decoquitur in uino dulci et propinetur lumbricos mortificat miro modo. De hac materia requiratur infra de lumbricis.

*Explicit primus tractatus*

555 et: ut *M* 556 lumbricos: uermes *M* 558 decoctionis *Cas.* 559 purgantis *Cas.* 560 federe *Cas.* 564 clyster *Cas.* 566 sunt: sint *Cas.* 569 radice: radi *V* 570 lumbricos *V*

**Incipit uero secundus tractatus de remediis contra uenenosa et tediosa que  
incipiunt ab hac littera B**

Basili<s>cus

Brucus

5      Bufones

1-5 *omittit indicem B V*



De remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera B secundus tractatus, et primo de basilisco.

*De remedio contra basiliscum.*

10 Basiliscus regulus seu rex serpentum interpretatur, secundum Hisidorum, eo quod olfatu suo eos necat et sibilo unde basiliscus sibilus appellatur, secundum Hisidorum. Cuius aspectus homines et etiam aues uolantes conburit. Secundum Solinum extinguit herbas, necat arbores, corrumpit auras sputu pestilenti. Quot autem magno Alexandro molestias intulit, ex eiusdem historia patet. Basilisci cineres si in templo uel in loco alio reponantur nec serpentes ingrediunt, nec aranee texunt, nec aues inuolant,  
15 secundum Solinum et *Physiologum*. Hoc idem facit eiusdem in aliquo loco particula reseruata. Idem basiliscus interdum ex gallo nascitur sicut fertur. Quia gallus in etate decrepita facit ouum ex se, unde basiliscus procreatur. Sed in generatione hac oportebit ut multa concurrant. In fimo namque calido et multo ponit ouum, ibique fouet uice patris. Et post multum temporis exit pullus et inualescit sicut solent anatis pulli. Habent  
20 autem caudam ut coluber, residuum uero corporis ut gallus.

8-53 V. Bell. XX<sup>o</sup>: “De basilisco”, “ De generibus basiliscorum et remedia contra illos”, 1473, B, C, D, E-1474 A, B, C, D, E.

10 eos omittit *Cas.* 12 eos homines *Cas.* 13 cineres *omittit M.* 17 sicut fertur *in margine V.* 17 oportet *M*  
20 colubra *Cas.*

Dicunt autem hii, qui creationem eius se uidisse testantur, quod nulla est oui  
texta sed ualidissima pellis, in tantum ut resistere possit ictibus ualidissimis. Oppinio  
quoque dicitur quorumdam est quod ouum illud galli, coluber aut bufo fouet. Sed hoc  
incertum est. Hoc tamen in antiquorum scriptis habemus quod basilisci quoddam genus  
25 ex ouo galli decrepiti generatur. Item *Physiologus*: tria sunt genera basiliscorum: primus  
oblongus qui criseus dicitur; hoc quod uiderit, inflat et incendit. Secundus stellatus qui  
et crisocephalus, id est, a capite aureus; hic quod uiderit, pallescit et occidit. Tercius  
hemmathicus, id est, sanguineus ut minium et ipse capite aureo; hic quod uiderit uel  
percusserit defluescit et omnia circum ossa remanent. Hos omnes facile obtinet qui  
30 herbam basiliscam secum habuit.

Item Hisidorus: a mustelis basiliscus uincitur, quas illic homines inferunt  
cauernis in quibus delitescit. Itaque ea uisa, basiliscus fugit; quem illa prosequitur et  
occidit. Nichil enim parens ille rerum absque constituit. Mors itaque basilisci morsus est  
mustele, dicitur esse fetor basilisci. Et hoc quidem uerum est nisi mustela fricatione et  
35 pastu rute herbe contra talem tabem mortiferam primitus muniatur, ut dicit Aristoteles et  
etiam Auicenna. Primo igitur mustela rutam herbam, quamuis amaram, comedit et sic  
uirtute succi herbe armata nature, hostem intrepida aggreditur et deuincit. Et quamuis  
basiliscus irremediabiliter sit uenenosus quamdiu uiuit, in cinerem tamen combustus  
ueneni malicia perdit. Cuius cinis alquimie utilis creditur et maxime in  
40 transmutationibus metallorum. Item speculum adurens maxime oppositum basilisco  
ipsum interficit. Speculum autem adurens non adurit nisi cum concauum est et in ouum  
pyramidis in quo punctus speculi, qui est quasi centrum, recipit radiorum circa punctum  
multiplicatorum uirtutem, secundum Algazelem.

21 quod nulla *repetitur* V 23 dicitur *omittit* V colubre *Cas.* 24 in antiquis scriptis *M.* 28 commathius *Cas.*  
ematicis V hic *Cas.* 29 omnia cicum *omittit* V. 33absque: alisque *Cas.* 34 fricatione: fucatione *Cas.*  
mortifera V 38 basiscus V et tandem morsus mustele *in margine* V 40 basilico *M*

Et notandum, secundum Gilibertum, in VII<sup>o</sup> libro, in tractatu *De uenenis*, quod  
45 uenenosa quedam interficiunt statim infra tres horas; quedam non statim, sed infra tres  
dies: quedam post annum; quedam medio modo. Et de primo modo sunt basiliscus,  
armaria, aspis surda expuens quia sputus interficit, et regulus. Et est, secundum ipsum,  
regulus serpens in Nubia duorum palmorum, adurendo interficiens per loca per que  
transit, unde circa foramen suum herbe non crescunt. Et interficit aues sibi oppositas  
50 uisu. Et acutum caput habet et est uiridis coloris. Et uisu interficit et auditu quia audiens  
sibilum ipsius moritur. Et interficit etiam per contactum alicuius medii, sicut dicit  
Auicenna, quia miles tetigit eum cum lancea et mortuus cecidit. Et talium non est cura  
propria nisi statim abscidatur membrum tactum uel aduratur si est possibile cui accidit.

*De remedio contra brucos.*

55 Brucus, ut habetur ex *Libro de natura rerum*, olera et herbas et frondes arborum  
amaro morsu depascit, nullumque in loco remedium est ubi brucorum multitudo  
concurrit, plus ergo ledit quam locusta. Remedia uero sunt mundare arbores tempore  
suo et eisdem uermibus infestos circulos educare. Item secundum Alchidem in *Libro de*  
*uenenis*: si ortus ex elisatura uermium aspergatur tunc fructus eius uermes que  
60 comederint moriuntur. Item Palladius: contra erucas et brucum semina que spargenda  
sunt semper uiue succo uel erucarum sanguine madefaciunt quidam. Alii uero cinerem  
de fico super erucas et brucos spargunt. Alii squillam in orto serunt. Aliqui mulierem  
menstruatam, nudis pedibus, contra erucas et brucos et cetera noxia ortum circuire  
faciunt, secundum ipsum aliqui fluuiales cancos intra ortum pluribus locis affligunt.  
65 Aliqui uero arbores suffumigant ex argento uiuo. Aliqui truncum perforant et argentum  
uiuum includunt et argillam foramini imponunt. Aliqui in festo sancti Iohannis arbores  
terebrant et cauillam in medio ponunt.

54-67 V. Bell. XX<sup>o</sup>: "De brucho", 1529 D, E

57 arbo V arbores in margine V arborem Cas. 65 triticum Cas.

*Contra bufones.*

70 Bufones fugant et alia uenenosa ea que dicta sunt supra in tractatu *De anguibus et aspidibus*; et infra dicitur in tractatu *De reptilibus*, et in tractatu *De serpentibus*. Odor etiam uinearum et pannus de Hibernia, fons et fumus de cornu ceruino.

*Explicit secundus tractatus.*

68-71 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De buffone” 1491 D, E- 1492 A, “De bufone et bupestre” 1529 E- 1530 A

71 Ibernia *M.*

**Incipit uero tertius tractatus de remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera C**

De remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera C, tertius tractatus.

- 5            Canis rabiosus
- Cantarides
- Cassilago
- Castoreum
- Cinomia
- 10            Centumpedes
- Cerui cauda
- Cinices
- Cinomia
- Ciniffis
- 15            Coriandrum
- Cucumeres agrestes
- et Culices

Sunt res uenenose ac tediose que incipiunt ab hac littera C, quorum remedia per ordinem suscribuntur.

17-19 *omittit M.*

20 *De remedium contra canum latratum.*

Canum uox dicitur latratus, sicut uulpium gannitus, boum mugitus et equorum hynnitus. Remedium uero est, secundum Plinium, libro XXV°, pistros herba. Quam qui habent a canibus eos latrari negant. Idem, in libro XXVIII°: eos qui linguam hyene in calciamento habent sub pede tradunt magi a canibus non latrari. Idem in libro XXIX°:  
25 cor caninum habentes fugiunt et non latrant canes. Lingua quoque canina in calciamento pollici subdita uel cauda mustele uiuenti abscisa non latrant canes eum qui hec habent. Item Pictagoras, in *Libro Romanorum*: si portauerit secum homo lignum quo fuerit hominis os ostulatum non latrabunt nec consurgent canes aduersus eum. Item Plinius; XXVI° libro: odor ex argenti fodinis inimicus est omnibus animalibus, sed canibus  
30 maxime. Item in libro XXIV°: halitus fornacis plumbi similiter sed citius canibus. Item Auicenna, in IV° *Canonis*: elleborus interficit canes et muscas. Item Auctor: est etiam ranunculus uiridis modicus, qui calamites dicitur atque mutus secundum quosdam, de quo dici solet quod si prohiciatur in os canis reddit eum mutum; et propter hoc ab effectu mutus dicitur. Vnde in *Ecclesiastico* legitur

35 *Sxenia et dona excecant oculos iudicum, et quasi*

*mutus, in ore aduertit correptiones eorum.*

20-203 V. Bell. XIX°: “De cane”, “De latratu canum”, “De morsu eorum ac remediis contra eum”, “De medicinis ex cane”, “De cane rabioso”, “De signis rabiei in cane”, “De morsu canis rabiosi”, “De signis eiusdem morsure”, “De remediis contra eum in usu medicine”, 1389, B, C, D, E –1390-1391-1392-1393-1394-1395-1396-1397-1398 A, B, C, D.

22 pistros: peristros *Cas.* 24 magi *M et V.* 24 calcinamento *Cas.* 28 ostulatum *V:* osculatum *Cas.* letrabunt *Cas.* 30 sed citius *M* reicit *Cas.* expunctati *V* 31 Actor *Cas.* 35-36 *Castr. legitur (e): Xenia...; littera (e) inteligitur diuisionis carminis signum, ed. legit S: Xenia V.*

Huismodi ranunculus super arbores corilos, id est, auellanas frequenter reperit  
ibique assidue coax atronum uoces amittit. Sed et tortelli de pasta proiecti in fauces  
canum impediunt eorum latratum. Cuius rei satis apparet causa, scilicet, humiditas parte  
40 uiscosa.

*Contra canem rabiosum.*

Canis morsus, secundum auctores quandoque est rabidi, quandoque non rabidi.  
Si non rabidi leuis est cura sicut in aliis solutionibus continuatis. Canis rabidi morsus  
cognoscitur hoc modo: intigatur panis in sanguine fluente a uulnere et prohibiatur cani.  
45 Si illum panem non comedat signum est infectionis, ut dicit Constantinus; et alia signa  
sunt que ponit in *Viatico*. Item ut habetur in *Libro de natura rerum*:emplastrum factum  
de nuce bene pistata et morsui supposita per unam diem et noctem esurienti gallo uel  
galline detur. Et si post esum biberit morsus canis rabidi non erit. Si non, morietur, licet  
non statim. Mirum autem quod morsus a cane rabido quandoque latrat et catulos lingit,  
50 uocatur autem linphaticus.

Dixit autem Pictagoras, quod si quis posuerit in uino lapidem quem canis  
rabiosus momordit, qui biberit iracundus et contentiosus erit. Item Auicenna: nux  
regalis uel allia per unam horam posita pistata super uulnus galline prohibiatur. Et si  
renuerit canis rabidi morsus erit. Morsus canini malicia profundius speculantes  
55 notandum est, secundum Auicennam, quod saliuam eis mala est, et maliciosa,  
fraudulenta, uenenosa. Mala est quia maliciam inficiendi habet. Et maliciosa quia  
rabiam inducit et sensum et reminiscentiam deicit et indiscretionem infundit.  
Fraudulenta quia latet et quia post annum, aut duos, aut septenium infestat.

38 coraxionum *M* corax atronum *V* corax strionum *Cas.* 41 *titulum non uidit Cas.* 43 curat *Cas.*  
continuitatis *non legibile Cas.* 44 cognoscuntur *Cas.* 44 hoc modo intigatur *M et V* [...]gatur *Cas.* a  
uulnere *M et V non uidit Cas.* ut habetur *non uidit Cas.* 47 bene *non uidit Cas.* supposita *M et V*  
superpositum *Cas.* esurienti *non legit Cas.* 52 momorderit *Cas.* 53 pistatam *M.* 55 eis: eius *Cas.* 56  
inficiendi: interficiendi *Cas.* 58 septennium *V.*



In quibus enim, ut quibusdam placet habentibus cerebrum flegmaticum, ex sua  
60 similitudine citiorem consequuntur infectionem et malicie sue effectum. Quia in  
habentibus simbolium facilius est transmutatio.

Venenosa est unde resoluit uirtutem et congelat spiritus et interficit. Signum  
autem quod canis rabiosus est quia panis tactus a saliu, ut dictum est, uel a sanguine  
uulneris, ab ipso facti ab aliis canibus refutatur. Inmutationem enim nature sue  
65 contrariam et inimicam naribus percipiunt. Item mica panis uel nux pistata, si  
emplastretur per diem et noctem supra morsus canis rabidi et post detur galline, si infra  
unum diem mortua fuerit, signum est morsum canis rabidi. Si non, non. Primum  
consilium est ut non claudatur uulnus. Et si clausum fuerit aperiatur ut putredo et sanies  
effluat, quia solet latere per multa tempora. Aperiatur igitur cum flebotomo uel si  
70 apertum sit utrobique superponatur uentosa, uel iuxta uulnus apponatur sanguisuga. Et  
mementote quod post apertionem exprimatur ut effluat putredo et sanies quia solet latere  
per multa tempora uenenum clausum.

Offeratur tribus diebus continuis tyriaca, ut dictum est, et coagulum catuli cum  
uino et que dicuntur in morsu serpentis, hic adhibeatur. Supra morsuram fiat emplastrum  
75 ex nucibus, et ficibus, et sale et allio et insimul tritis et alia localia. Quarto die fiat  
flebotomia, post flebotomiam tercio die fiat balneum, id est, tercia die a flebotomia fiat  
balneum uel stupa. Et quia post multum tempus latet usque ad circulem anni  
resolutionem, unum consilium est, ut quater in anno primo et in singulis quindecim  
diebus usque ad finem anni accipiat tyriacam mane ad pondus quinque denariorum cum  
80 uino decoctionis genciane, uel baccarum lauri, uel mirre. Et uulnera semper teneantur  
aperta. Detur statim ad potandum genciana, aristologia rotunda, diptanum uel asa fetida  
in principio et uulneri superponantur. Et apponatur sepius sanguisuga ut uenenum  
extrahat. Detur enim acuta medicina que uulnus aperiat sicut allium, synapis, pudicus  
etiam circulus galline uiue superponatur ut in antrace. Canis etiam rabidus per medium  
85 fissus, uel aliquod membrum ipsius uulneri apponatur.

59 flegmaticum M 60 citionem Cas. consequantur Cas 66 emplastetur Cas 67 mortua omittit Cas  
morsua M 73 offerantur Cas. carab catuli Cas. 74 adhibeatur M 76 fleubotia M 79 quinque: qui Cas

Similiter de serpente in morsu ipsius. Item stercus columbinum emplastrum ualeat. Detur etiam cinis cancrorum fluuiialium, dragme 3 et semis, gentiane, dragme 2; terre sigula, dragme 5; da bibere dragme 2 cum aqua ubi cocti sunt cancri. Alter: recipe basilici, aristologie longe, ana dragmas 7; piperis, oppopomac, ana dragmam 1, misce  
90 quantum sufficit, da dragmas 2 et semis cum aqua calida. Dentur nuces ad comedendum. Dicitur quod aqua maris eos curat. Iecur canis assatum datur: si comedatur dicitur iuuare. Similiter aqua ferrariorum ubi ferrum extinguitur datur nescienti. Item: lilium, oppopomac, cepe, sal, ruta, nuces et frumenta, ficus, frondes, menta, orobum, siue simplicia, siue composita cum melle superposita ualent.

95 Et etiam ad morsus hominis prosunt etiam ossa uituli incensa cum melle temperata et superposita. De hac materia requiratur infra in uerbo greco.

Cura uero Constantini, libro VII<sup>o</sup> est curis consimilibus supradictis. Aperiantur, inquit, uulnera cum igne uel ferro fortiter ut cum sanguine uenenum effluat. Apponatur sanguisuga, que ueneno eliciat. Detur et acuta medicina, que uulnera aperiat sicut  
100 allium, sinapis, sal, acetum, cepe, calamentum. Simplicia uel composita cum aceto uel melle temperata sunt superponenda. Quod faciendum preocupando mala signa. Si autem appareant oportet dari medicinam colere nigri purgatiuam. Et nutriantur cum dieta subtili ad digerendum facili. Demus et tiriacam et medicinam in aqua cancri ponuntur fluuiales. Dioscorides dixit: cinis eorum accipiatur dragme 3, et gentiana dragme 2 et  
105 bibantur cum uino. Galienus hiis adiungit libanum et hoc modo composuit; recipe cancri incensi, dragmas 15; gentiane, dragmas 3; terre sigillate, dragmas 6; fac puluerem, dans bibere cum aqua ubi cancri sint cocti dragmas 2.

88 siguli *M* figula dragmas *Cas.* 89 piperis: oppopire *Cas.* aqua maris *in margine V* 91 dentur: datum *Cas.* 93 oppanax *Cas* frumenta no legit *Cas.* et frumenta no legit *Cas.* 94 simplicia siue composita *M* seu simplicia seu composita *Cas.* 95 prosunt *repetitur V* 96 greco *M et V non legit Cas.* 97 est [...] supradictis *Cas.* et ceteris consimilibus supradictis *M* est curis consimilibus supradictis *V* 98-99 apponatur sanguisuga [...] *Cas.* 99 que uulnera aperiat *non legit Cas.* 100 sal, acetum, cepe *non legit Cas.* 104 accipiantur *Cas.*

Alias, quam Craticus facit, uidelicet similiter: recipe cancri incensi, dragmas 15,  
mirre, dragmas 3; croci, dragmas 2; gentiane, dragmam 1 et semis; piperis albi 10 grana,  
110 uini quantum sufficiat. Da dragmam 1 et mediam cum uino. Alter Galieni: recipe  
basilicos, aristologie longe, ana dragmas 7; gentiane, dragmas 8; piperis, oppo-  
naci, ana dragmam 1, mel quod sufficiat. Da dragmam 1 et semis cum aqua calida. Dentur et  
nuges ad manducandum. Nuges etiam pistate cum sale et uulnere superposite ualent, ut  
dictum est. Si aliquid timeant oportet machinari quomodo detur nescienti; faciat ergo  
115 canalem qua gule opposita oculute aquam infundat. Quidam medici dicunt quod iecur  
canis datum assatum comedere iuuat contra timorem aque. Item: canis rabiosi morsui  
confert hominis urina super illum effusa, secundum Auicennam, in II<sup>o</sup> *Canonis*. Confert  
et aqua cepe, si liniatur super ipsum, uel emplastetur ex eo cum ruta et sale.

Ex nuce quoque et cepa et sale fit emplastrum super eundem morsum. Item:  
120 linitur super eum stercus pecudis adustum precipue cum aceto confectum. Sanguis etiam  
canis rabiosi, iuxta Dioscoridem, ualet eiusdem morsui. Triticum similiter contritum et  
puluerizatum eidem est iuuamentum. Item: epar rabiosi canis morsui datur et confert  
ipsumque metum aque prohibet. Amigdale conferunt eidem et folia cucumeris. Et  
similiter feniculi radix trita et supposita. Ficus etiam inmatura uel folia eius recentia.  
125 Deglucio etiam mellis, est cura rabiosi canis. Ex prasiione fit emplastrum ad eius  
morsum.

108 alter *Cas.* alias *M et V* 111 apopinaci *M et V* 115-116 iecur cani assati datum *V*

Confert etiam caro ostraci eius morsui. Similiter gentiana cum uino, uel caro arietum adusta similiter cum uino. Vel capilli hominis in emplastri modum superpositi cum aceto. Preterea mel calefactum cum oleo rosaceo deglutitum.

130 Item in IV<sup>o</sup> *Canonis*: uulnus hominis a cane rabioso morsi non permittas usque ad dies quadraginta consolidari, sed dilata et aperi et in primis occupare in trahendo ad exteriora. Qui trahit humores ad interiora cum eis uenenum trahit. Cepe autem et allia uenenis resistunt eaque abscindunt et a corpore repellunt. Item Plinius, libro XI<sup>o</sup>: canis rabiosi morsui brasicca siluestris imponitur, que etiam erratica dicitur. Glisacrum siue  
135 yposiluium, eidem morsui potum et linitum medetur. Vel etiam rute succus ex uino bibitur foliaque trita uel comanducata cum melle et sale, uel cum aceto ac pice decocta, inponuntur. Item: eundem morsum folia fici cito ex aceto restringunt. Idem, in libro XXVIII<sup>o</sup>: uulnera canis rabiosi morsu facta circumciduntur usque ad partes uiuas. Amonemque, uituli carnem et ius eius carne decoctum et potu dant, uel ipsam cum calce  
140 tunsam. Hyrci iecore imposito ne temptari affirmant metu aliquo.

Laudant et capre finum ex uino illitum, cuculique et hirundinis decoctum ac potum. Idem, in libro XXIX<sup>o</sup>: in canis rabiosi morsu tuetur a pauore aque cinis canini capitis. Idem: etiam in potione proficit. Et quidam ob illud edendum dederunt. Est etiam limus sub lingua canis rabiosi qui in potu datur et limphaticos fieri non patitur. Item: ex  
145 cerebro galli succurritur, sed uno tantum anno prodest deuoratum. Crista etiam galli efficaciter imponitur. Et anseris adeps cum melle. Valet quoque cum aceto inpositus fimus galli, pullique hirundinum combusti. Membrana etiam anguium uere exuta cum cancro masculo trita. Preterea succida lana morsibus canis inculcata inponitur et post septimum diem soluitur.

135-136 Vel etiam rute succus ex uino bibitur foliaque trita uel comanducata cum melle et sale, uel cum aceto ac fice decocta inponuntur *omittit M* 145 succurritur, sed uno tantum anno prodest deuoratum. Crista etiam galli *in margine V*

150 Item contra limphaticum morbum utilissime iecur qui in rabie momorderit, datur  
crudum si fieri potest mandendum, sin autem coctum, uel coctis carnibus ius ipsum.  
Idem, in libro XXXII<sup>o</sup>: imponuntur salsamenta piscibus seruata contra canis rabiosi  
morsus. Idem: huiusmodi morsu potum expauescentibus uituli marini faciem pungunt.  
Idem, in libro XXXIV<sup>o</sup>: ustione furi morsus canis rabidi sanantur. Expauescentesque  
155 potum preualente morbo usta plaga illico liberantur. Idem Plinius: ad morsum rabidi  
canis remedium nuper repertum est radix rose siluestris. Haly: epar etiam canis rabiosi  
si assetur et comedatur manifestissime prodest morsui canis rabiosi.

*Contra morsum canis non rabidi.*

Canis morsus non rabidi cura est quemadmodum et morsus hominis de quo infra  
160 in H littera. Contra morsum ergo huiusmodi accipiatur cepa, sal et mel; commisceantur  
per continuitatem diei et noctis et superponi uulneri; post ea fiat unguentum nigrum et  
ungatur. Et illud unguentum fiat ex adipe anseris, et galline, et cera, et oleo et tyriaca.  
Postea accipiatur thus puluerizatum et admisceatur cum oleo uel uino et superponatur.  
Item: ossa uitulina adurantur donec albescant, postea conficiantur cum uino uel oleo, uel  
165 cum melle et superponantur. Similiter sal et mirra cum melle cum sale. Cum uulnus  
fuerit magnum tunc oportet ut repleto uulnere aneto sicco adusto aspergatur super ipsum  
cinis caulium. Et quando fit morsus in ieiunio fit deterius et magis timorosus. Et  
superponatur emplastrum factum ex radice feniculi et melle. Aut emplastrum factum ex  
farina fabarum temperata in aqua uel in aceto. Et nota quod quicquid uulneri  
170 superponatur debet esse actu calidum.

165 cum melle cum sale *M et V* cum melle confecta *Cas.* 168 feniculi *M et V* fenich *Cas.*

Quod enim dicit Ipcrates: frigidum nocet uulneribus; de actuali frigido intelligitur. Et hec emplastra duo ultimo dicta multocientes permutentur. Sunt bec adhuc medicine speciales, ut statim cum mordetur homo a cane non rabioso concassetur ad hoc emplastrum tribus diebus continuis. Et hoc emplastrum quando canis sic fuerit  
175 dispositus ad rabiem post accipiat cepam, et salem, et rutam, et farinam fabarum et amigdala amara. Et hec omnia conficiantur cum melle et superponatur emplastrum hoc. Quando autem accidit ex morsu huius canis inflammatio uel inflammatio multa et uehemens tunc oportet ut conuertatur huius medicatio ad frigiditatem. Fiat ergo emplastrum ex plantagine, et sale, et foliis cucumeris uel citrulli uel loco istorum, si non  
180 inueniantur, accipiantur morella, uel lactuca, uel portulaca. Commisceantur cum aceto et superponantur calida.

Lithargirum etiam cum aceto confectum confert. Si fuerit uehemens inflamatio calamentum cum sale et melle superpositum confert. Et tamen ista confert morsui canis rabidi. Item secundum Auicennam, in II<sup>o</sup> *Canonis*: canis non rabiosus si momorderit  
185 aliquem, statim locus aspergatur aceto manuque multociens conquassetur. Deinde super ipsum nitrum cum aceto ponatur. Omnibusque tribus diebus renouetur. Vel curari potest cum cepa, et sale, ac ruta, et fabis, et amigdalibus amaris cum melle uel arnoglossa. Idem Plinius, libro XX<sup>o</sup>: folia cuiuscumque peponis satura cum uino canis morsus sanat. Cepe quoque siluestres ex aceto illite uel sicce sanant. Cepe quoque cum melle ac uino ita ut  
190 post in tertium diem soluantur eosdem curant.

Allium quoque ad morsum canum et uulnera inponitur cum melle. Preterea feniculi siluestris radicem in succo uel cum melle multi contra morsus canis solent illinire. Idem, in libro XXII<sup>o</sup>: urtica morsibus canis addito sale medetur. Boleti etiam eisdem ex aqua illiniuntur. Idem, in libro XXIV<sup>o</sup>: acetum canis morsibus medicinale est.  
195 Aceti fex cum melancio contra eosdem prodest. Iterum fici ramorum teneri cauliculi ponuntur cuti. Surculo caprifici coagulatur in caseo lactis qui morsus canis sanat.

176 Et hec omnia conficiantur cum melle et superponatur emplastrum hoc *omittit M.* 184 momordit *M* 186-187 curari potest cum cepa et sale uel arnoglossa *M* cepa *Cas. legit cera* 188 satura: satu *Cas.* 196 lac *Cas.*

200 Preterea folia caprifici mollissima canis morsus recentes cum uino sanant. Amigdale quoque cum melle. Nuces etiam uel glandes cum cepa, et melle, et sale canis hominisque morsus curant. Idem, in libro XXVIII<sup>o</sup>: aggrauantur in introitu uulnera eorum qui nunquam lesi fuerunt dente canis aut serpentum; uorum autem capillus medetur ex aceto canis morsibus. Vrina quoque propria cuique maxime prodest confestim canis morsui per se. Idem in libro XXXI<sup>o</sup>: nitrum ualet contra morsus canis addita resina cum aceto illitis.

*Contra cantharides.*

205           Contra cantharides potum fac uomitum frequenter cum nitri dragma 1 in aqua et clisteriza cum aqua ordeï et albugine oui, bibat lac et butirum crudum et soluat uentrem cum sirupo et ydromelle. Et oleum roseatum instilletur in uirga in balneo.

204-207 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De cantharida”, “De uirtute cantharida in medicina” 1530 A, B, C, D

207 uirga in balneo *non legit Cas*



*Contra cassillaginem.*

Cassillago est semen iusquiami tam albi quam nigri. Et cum intus recipitur  
210 mordicat membra corporis; apostemat linguam et spumam ab ore educit et ruboretur  
oculorum et uertiginem et tenebrositatem eorum et choartationem hanelitus et  
siccitatem et rationis permixtionem facit. Que omnia facit et accidunt propter  
nocumentum cerebri. Interdum etiam inducit ad epilensiam sed nigri semen inducit  
215 prefocationem et frigiditatem extremorum et uehementem tensionem, et destruit  
himanationem et inducit spasmm et sic interficit. Cura erit, ut dictum est, si est  
possibile uel uomitus, uel clister. Deinde propinetur uinum.

Similiter piper cum uino et castoreum cum ruta et menta. Conferunt etiam bacce  
lauri et etiam receptio. Confert lac uaccinum, ouinum et caprinum et metridatum. Ceba  
assata confert. Item: semen raffani et sinapis et nasturcii et urtice cum uino cocta et  
220 tiriaca sine opio; fiant etiam sterminationes cum aceto uel puluere piperis. Auicenna  
autem sic distinguit: contra iusquiamum album da statim aqua et mel, lac ouis et capre,  
uel aquam sepe. Cura etiam eius est uomere. Da tiriacam. Si bibat aliquis iusquiamum  
fac clistere uomitum solutionem uentris et bibat uinum uitissum cum pipere, uel ruta,  
uel castoreum, uel semen urtice. Emplastra uentrem cum farina tritici cum uino.

208-224 V. Bell., IX<sup>o</sup>; “De hyoscyamo” 618 E- 619 A, B, C, D, E. XI<sup>o</sup>, “De iusquiami semini”  
799 B, C, D.

210 mordicat *non legit Cas.* 211 oculorum *non legit Cas.* cohartationem *non legit Cas.* chartationem *M*  
215 himanantionem *Cas.* 223 uitussum *M*

225

*Contra castoreum.*

Castoreum incidit et interficit statim. Contra hoc da lac acetosum et fac ut uomat.

2125 227 V. Bell. XIX°, “De castoreo” 398 E-399

225 *M et V non scribunt litteram capitalem C*

*Contra morsum murilegi siue cati*

230 Cati siue murilegi morsus dolorem generat uehementem, secundum Auicennam,  
et uiriditatem in corpore. Curatio uero eius est curatio communis. Iuuantur autem cum  
emplastro cepe uel calamenti siluestris. Item Rasy: cati siluestres ex fumo rute et  
amigdalarum amararum fugiunt.

228-232 V. Bell. XIX°, “De catoblepa et cato” 1401 C, D, E

229 *titulus V*

*Contra cinomias, id est muscas caninas.*

235 Cenomia per e scripta dicitur musca communis. Cinomia uero per i scripta  
dicitur musca canina. Cenomia uero, ut habetur ex *Libro de natura rerum*, scilicet,  
musca communis animalibus et hominibus infesta est. Carnes recentes cesas si tetigerit  
inficit et infectas uermes insequuntur, maxime diebus canicularibus. Salsa et aspera  
fugit; alba et munda coinquinat et intingit. Ex corruptione fimi generatur. Diem diligit  
de nocte uix incedit. Plinius libro XI<sup>o</sup>: muscis humore, id est aqua ex animatis, si cinere  
240 condantur, id est abscondatur, uita reddit. Remedia uero contra muscas sunt huiusmodi  
que sequuntur. Si locus ubi sunt musce spargatur decoctione foliorum sambuci  
moriuntur, secundum Plinium libro XXIV<sup>o</sup>. Idem in libro XXV<sup>o</sup>: elleboro albo trito et  
cum lacte temperato musce necantur. Item Plinius, libro XXVII<sup>o</sup>: litteras a muscis tuetur  
atramentum librorum temperatum ex diluto absinchii.

245 Idem, libro XIV<sup>o</sup>: allopicias replent capita muscarum recentia folio ficulnee  
prius exasperatas. Alii sanguine utuntur muscarum recentia. Alii 10 diebus cinere  
illarum illiniunt cum cinere carte uel nucum ita quod tertia pars sit de muscis. Idem  
XXXIII<sup>o</sup>: halitus fornacis plumbi quando decoquitur muscis ac culicibus nocium est et  
pestilens. Item Auicenna, in IV<sup>o</sup> *Canonis*: muscam interficit arsenicum quando de illo  
250 ponitur aliquid in lacte ac musce comedunt. Interficit etiam eas fumus uitis et decoctio  
ellebori nigri. Item Aly, in *Libro regalis dispositionis*: musce prosunt oculorum  
doloribus et casui palpebrarum. Idem: musce si oburantur et cum melle super allopicias  
ponantur capillos producant. De hac materia infra in M littera, capitulo de muscis.

233- 253 V. Bell., XII<sup>o</sup>, “De cautela contra pediculos et pulices et muscas” 1107 C, D, E; XX<sup>o</sup>:  
“ De cinomia” 1533 C, D; “ De musca” 1542 A, B, C, D, E- 1543 A, B

236 cesas: cefas *Cas* 246 recentia *omittit* V 250 uitis: chitis *Cas*.

*Contra centumpedes.*

255 Centumpedum morsus angustiam inducit maximam. Animal est in partibus transmarinis, longitudinis palmi 11 et in os habens pedes. Similis est curio eius curioni tarente. Detur statim tiriaca maior uel socrugene et in uulnere ponatur aristologia rotunda dragma 1 et semis cum uino decoctionis baccarum lauri. Detur butirum et mel. Cancri fluuiales dentur cum lacte asine et uino. Similiter agarum. Similiter radix croci.

254-259 V. Bell. XX<sup>o</sup>: "De multipede" 1541 C, D.

258 baccarorum *M*

260

260 *Contra caudam cerui.*

Cerui extremitas caude uenenum est, secundum Auicennam, in IV<sup>o</sup> *Libro Canonis*. Vnde ipsam bibenti accidit angustia uehemens et sincopis et mors. Cura uero eius est ut euomat cum butiro et aneto. Deinde in potu dentur auellane et fistici et filzaharagi confecta simul.

260-264 V. Bell., XVIII, “De ceruo” 1345- 1350; *specialiter* “De ceteris ex ceruo medicinalibus” 1350 C, D.

261-262 Cerui extremitas caude contra caudam cerui uenenum est *Cas non uidit tractatus* Contra caudam cerui 264 filii et zaharagi *Cas verbum dubium in M atque V. Cfr. V. Bell. forlufaharigi. Auicen. filzaharagi siue alfeluzharagi.*

265 *Contra cimices.*

Cimex, secundum Hisidorum, *Ethimologiarum* libro XII<sup>o</sup>, uermis cranium est quemadmodum emigraneus. Est enim emigraneus uermis capitis; lumbricus uermis uentris seu lumborum; pediculus uermis cutis; rycinus uermis canis; taurinus uermis lardi, secundum Hisidorum libro XII<sup>o</sup> et capitulo de uermibus. Dictus est autem cimex a  
270 similitudine cuiusdam herbe cuius fetorem habet. Item Auicenna, in II<sup>o</sup> *Canonum*: ex fraxino capite inflata sicut granata egrediuntur in quibus est humiditas de qua cimices oriuntur. Cum enim capita huius aperiuntur cimices ex illis egrediuntur. Cimices autem effugat proprie stercus tauri quando cum eo fit suffumigatio. Idem in IV<sup>o</sup>: effugantur autem cimices si fiat linitio cum oleo de raphano uel si fiat ex sarratiuis ligni pini aut  
275 cum nigella suffumigatio. Et cetera que de culice simul ac cimice dicentur infra.

Item Rasis, in *Almasore*: cimices ex fumo palee et ex fumo uaccini stercoris et quam maxime ex fumo calami et nigelle fugantur. Item Palladius ubi supra: ortis cimices nocent; extinguuntur autem amurca et felle bubulo lectis aut locis earum perunctis; uel foliis hedere tritis ex oleo; uel incensis sanguisugis. Remedia culicum,  
280 remedia sunt cimicum.

265-280 V. Bell. XX<sup>o</sup>: "De uermibus" 1497- 1503 A, B, C, D.

268 seu: siue M 270 Canonis Cas 272 humiditas M et V: uiriditas Cas

*Contra cinomiam.*

285 Cinomia, ut dictum est secundum Hisidorum, grece dicitur musca. Nam *cinos* grece, canis dicitur latine. Hec, ut habetur in *Libro de natura rcrum*, est catulorum auribus importuna. Vbi autem canem pigrum inuenit usque ad sanguinem et uulnera procedit. Hec est illa musca grauissima qua percussa est Egiptiorum populos in quarta plaga, ut in *Exodo* continetur. Remedia contra hec sunt ea que dicta sunt in capitulo de cenomia et de consimilibus.

281-287 V. Bell., XII<sup>o</sup>, “De cautela contra pediculos, pulices et muscas”, 1107 C, D, E; XX<sup>o</sup>:  
“De cinomia” 1533 C, D; “De musca” 1542 A, B, C, D, E- 1543 A, B



*Contra cyterum.*

Cyter est animal quod angustiose mordet. Ad cuius morsum inflatur locus statim  
290 et pungit et resoluit in sudorem et cito interficit. Et cura eius est ut cura centunpedum et  
scorpionis. Item puncturis eorum speciale est ut ponantur due uel tres in ol eo, ita ut hoc  
oleum computrescat. Item caro serpentis emplastrata super suum morsum uenenum in se  
combibit. Idem fiat in aliis. Item: statim post morsum omnium reptilium uel  
295 anbulantium, scindatur gallus per medium et superpones morsure. Vel etiam apponatur  
anus galli uiui super locum morsure et totam uenenositatem combibet et uentositatem ex  
qua inflatur quasi ydropicus.

288-296 V. Bell. XVII, "De zitirone" 1318 D, E.

295 combitet *Cas.* 296 notatur *in margine V*

*Contra ciniffices.*

Ciniffices sunt musce minutissime aculeis permoleste quibus tercia plaga  
superbus Egiptiorum populus est cesus, secundum Hisidorum. Scribitur autem  
300 secundum quosdam per s uidelicet scinifex. Item Origenes super *Exodum*: hoc animal  
pennis suspenditur per aera uolitans. Sed ita subtile et minutum est ut oculi uisum nisi  
acute cernentis effugiat. Corpus enim insederit acerbissimo stimulo terebrat, ut, quasi  
uolantem uidere quis non ualet, sentiat stimulantem. Item *Glossa super Exodum*: cinifex  
nate sunt in terra Egipti de limo musce, scilicet, minutissime et inquietissime. Inordinate  
305 uolantes atque in oculos ruentes. Hominum requiem auferunt et dum abiguntur redeunt.  
Item Belletus, in *Libro de sensibus*: extende pilum azuchi equi supra portam domus et  
non ingredientur domum sinifex dum stat ibi pilus. Item ex *Libro de natura rerum*:  
sinifes sunt uermes minimi uolantes qui pecudum hanelitum sequuntur et hominis  
maxime; pungunt autem aculeis dormientes acri satis dolore. Vnde in locis ubi habundat  
310 eorum proteruitas, homines delicati circa lectos suos rethratam subtiliter laqueant ut per  
hoc ciniffex ad nocendum transire non ualeant. Fugant autem cinifes, ut creditur que et  
culices.

297- 312 V. Bell., XX°, “De cyniphe” 1548 C, D.

300 quosdam *omittit M* 301 *omittit nisi Cas.* 302 *non enim sed cum Cas.* 303 *stimulatem Cas.* 310  
*retharatam Cas.* 311 *columban interficit genciana potata post uerbum ualeant in margine V*

*Contra coriandrum.*

Coriandri et psillii cura est facere uomitum cum oleo de lillio. Comedat etiam  
315 multum oua uitellorum cum pipere et sale multo, et bibat aquam salsam.

313-315 V. Bell., X, "De coriandro et eius medicina", "Iterum de eodem", 750 A, B, C, D, E,  
760 A, B.

*Contra cucumeres agrestes*

Cucumeris agrestis siue asinini nocumentum et oleandri, et condisi, et nigelle et agarici nigri curatur ut nocumentum accidens ex anacardis uel elleboro. Detur autem in potu absinchiium cum uino et huiusmodi, ut infra dicetur.

317-319, V. Bell., X<sup>o</sup>: "Cucumeres" 708 C, D, E- 709 A, B, C, D, E

320 *Contra culices.*

Culex ab aculeo dictus est, secundum Hisidiorum, eo quod sanguine sugat; habet enim fistulam in ore in modum stimuli quo carnem terebrat, ut sanguinem bibat. Culices uero fugantur, secundum Plinium, libro XI<sup>o</sup>, galbano accenso. Necantur similiter fumo lupinorum crematorum secundum eundem in libro XXII<sup>o</sup>. Similiter fugantur fumo corticis mali punici, secundum eundem, libro XXIII<sup>o</sup>. Idem libro XXVII<sup>o</sup> dicit, quod absinchio peruncto ex aceto culices abiguntur eiusque fumo si uratur. Idem XXXIV<sup>o</sup> dicit quod fumus fornacis omnium metallorum est noxius culicibus atque muscis.

Idem Ambrosius: non tangunt homines si perungat se absinchio in oleo decocto. Item Palladius, De agricultura libro I<sup>o</sup>, amurca recens uel fuligo ex cancris spargitur in  
330 ortis et satis contra culices et limaces. Similiter galbano infuso aut sulphure fugantur. Item Auicenna, in IV<sup>o</sup> *Libro Canonis*, ex serraturis pini aut cum nigella fit suffumigium contra culices et cimices. Similiter cum mirto sicca, et cum sulphure, et cum bdellio et cum asa fetida, et cum stercore uaccino, et cum foliis cipressi et eius nuce. Item:  
335 aspergitur domus ex decoctione radicis lupinorum aut ex decoctione nigelle, aut absinchi, aut rute. Si uero hec ad inuicem misceantur fortius operantur.

*Explicit tertius tractatus.*

320-336 V. Bell., XX<sup>o</sup>: "De culice" 1532 C, D, E- 1533, A, B

325 lupinorum crematorum secundum eundem in libro XXII<sup>o</sup>. Similiter fugantur fumo *infrascriptum relatum post similiter fumo in V 332* aut: seu *Cas.*

**Incipit uero quartus tractatus de remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera D.**

De remediis contra uenenosa et tediosa, que incipiunt ab hac littera D, quartus tractatus.

5 *Contra dypsalem.*

Dypsas serpens est unius palmi, secundum Auicennam. Nominatur autem alio nomine torrida et situla quia quem momorderit ita feruide sue siti perit. Cura eius uero specialis preter comunem; secundum Auicennam, est indesinenter cenchrus quod eum facere bibere. Oleum plurimum euomere. Deinde clisterizare cum hiis que educunt feces et humiditates.

5-10 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De dypsade” 1479 B, C, D

7 cura uero eius *Cas.* 8 potest conuenire *Cas.* preter comunem *M et V* cerrorum *Cas.* cenchrus *M et V* 9 plurium *Cas.* plurimum *M et V* 9-10 que educunt feces et humiditates *omittit M.*

*Contra drachonem.*

Dracho, ut habetur ex *Libro de natura rerum*, si cauda quemque ligauerit occidit; hauram inspirando inficit. Flatu mortifero pestes ingerit. Dicitur autem hebraice *leuiatan*, secundum Iheronimum. Narrat autem Aristoteles, in *Libro de proprietatibus elementorum*, quod in diebus Philippi regis Grecorum uia in monte Armenie fuit, de qua  
15 rex interrogauit cur super illam nullus transiret quin mortuus caderet. Socrates igitur speculum de calibe contra illum posuit in quo duos dracones magnos uidit. Qui aperuerunt os suum et egrediebantur corrumpens aerem fumus ex orificiis eorum. Rex uero precepit ad montem illum exiri et ipsos interfici. Sicque saluatus est locus ille.

20 Dicit autem *Physiologus* quod graminibus medicatis dracones dormire coguntur. Sicque lapis acquiritur cuius usu reges orientales precipue gloriantur. Dicit etiam Auicenna, quod minor specierum drachonum est quinque cubitorum, magni uero triginta. Item Plinius, libro X<sup>o</sup>: aquile pugna est cum drachone etiam in aere. Item Aristoteles: uultur etiam et dracho preliantur quia comedunt animalia. Item Iorath: est  
25 arbor zilanin quam dracho timere consueuit et fugere, in cuius fructu delectantur columbe. Et si arboris umbra uenit ad orientem dracho fugit ad occidentem, et si uenerit ad occidentem dracho fugit ad orientem. Sic itaque columbis insidiatur et ipsas interficit et deuorat cum ab arbore separantur. Remedia sunt que de anguibus dicta fuere.

*Explicit quartus tractatus.*

11-28 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De dracone”, “De pugna draconis cum elephante et ceteris”, “De nocumentis draconum”, “De utilitatibus eorum”, “De draconpede” 1476 C, D, E-1477-1478-1479 A, B.

21 conguntur *Cas.* 23 Plinius, libro X<sup>o</sup>: aquile pugna est cum drachone etiam in aere. Item Aristoteles: uultur etiam et dracho preliantur quia comedunt animalia. Item *omittit M* 25 zilanini *Cas.* 26-28 Et si arboris umbra uenit ad orientem dracho fugit ad occidentem, dracho fugit ad orientem. Sic itaque columbis insidiatur et ipsas interficit et deuorat cum ab arbore separantur. Remedia sunt que de anguibus dicta fuere *omittit M.* . 26-27 et si uenerit ad occidentem *in margine V.*

**Incipit uero quintus tractatus de remediis contra uenenosa et tediosa, que incipiunt ab hac uocali E.**

De remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac uocali E, quintus tractatus.

5 *Contra elleborum.*

Elleborus duplex est de uenenis in terra nascentibus. Est autem qui dicitur albus qui euacuat album humorem, id est, fleuma. Et est nigri coloris qui euacuat nigrum humorem, scilicet, melancoliam. Ex elleboro ergo assumpto fit interdum superfluum uomitus; interdum superfluum fluxus uentris et singultus; et interdum attrahit plus quam  
10 natura expellere possit et inducit suffocationem. Et hec operatur casum uirtutis et perducunt ad sincopim et spasmum et sudorem. Et propter illud abstrahunt antiqui ad usum medicine elleborancem nisi per longum tempus sue confectionis; pulsus autem illius cui accidit nocumentum propter elleborum est in principio latus, rarus, ualde debilis, ualde tardus et maxime quando calor innatus perforatur sub plurima materia qui  
15 atrahatur et non expellitur.

5-35 V. Bell., IX°; “ De helleboro, albo et nigro”, “De utriusque uirtute in operatione medicinale” 603-604-605-606 A

6 autem *repetitur M* 8 melancolia *Cas et M* melancoliam V 10 reducit *Cas.* inducit *M et V* 12 elleborancem *Cas.*



Et interdum fit pulsus diuersus, inordinatus. Et hoc fit quando uirtus plurimum  
est coartata. Si autem redeat pulsus ad equalitatem incipit dispositio infirmi meliorari;  
quando autem perseuerat in inequalitate et cum hoc fit debilis, conuertitur ad singultum  
et spamum et fit pulsus frequens, tunc periculum est. Et si postmodum fiat nimis paruus  
20 extinguitur calor innatus et moritur.

Quandoque propter elementum album fit pulsus untosus, fluctuans. Cum ergo fit  
post contractam materiam oportet euacuare eam cum uelocitate cum clistere euacuante  
flematicum humorem uel melancolicum, secundum iniectionem materie. Et interdum  
oportet prouocare uomitum cum aqua calida multa assumpta. Et quandoque superfluit  
25 uomitus et oportet os stomachi confortare exterius apponendo stiptica et emplastrum  
quod fit ex cimino, menta, absinchio et pane asso.

Et quandoque fluxus uentris superfluit oportet uti balneo. Quandoque autem  
accidit spasmus confert lac cum butiro interius et tunc oportet iniungere membra  
iuncturalia et spinam dorsi cum unguentis mollitis calidis sicut est aregon, marciaton et  
30 similibus et hoc modo curantur alia que sunt huius generis. Et secundum Auicennam,  
similia sinthomata ex elleboro nigro accidit et curatur, secundum eundem, ut detur  
absinchiolum in potu cum uino, uel cimini, anisi, castorei, spice, ana dramas 2 in uino da.  
Similiter in inflammatione ponatur panis calidi et uaporetur cum calidis et comedat mel et  
caseum recentem cum butiro et iuribus unctosis. Si solutio uentris superfluat, sedeat in  
35 aquam frigidam et bibat medicinas stringentes.

16 plurimum *Cas.* 17-18 meliorari; quando autem perseuerat in inequalitate et cum hoc fit debilis,  
conuertitur *addit in margine V* 18 et tunc hic fit debilis *Cas.* 25 stomachum *Cas.* os stomachi *M et V* 27  
quando *Cas* quandoque *M et V* Quandoque *M* 31 nigro accidit *suprascriptum V* 32 da *omittit M* 33 calidi  
*M et V* calidus *Cas*

*Contra erucam.*

Eruca, secundum Hisidorum, est frondium uermis in olera uel pampino inuoluta ab erodendo dicta quia rodit, ut autem habetur in *Libro de natura rerum*. Eruca est uermis longus, multis distans pedibus, colore uarius. Olera et arborum folia depascens.

40 Circa tempus septembris celesti rore uel ymbre perfusus mutat subito colorem et formam ut qui pedibus repebat innumeris uolare possit, conceptis alis. Remedium contra erucas, secundum Palladium, libro I<sup>o</sup>, est semina que spargenda sunt semperuiue e succo uel erucarum sanguine madefacere. Aliqui uero cinerem de ficu super erucas spargunt. Nonnulli uero squillam in orto serunt. Aliqui uero mulierem menstruatam nudis pedibus

45 ortum circuire faciunt contra erucas et contra noxia, secundum Palladium. Aliqui fluuiales cancos intra ortum pluribus locis affigunt, secundum eundem, sed quod dicit de menstruata empiricum est.

*Explicit quintus tractatus.*

36-47 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De engula et eruca” 1533 D, E- 1534 A, B

38 dictaque *Cas.* dicta quia *M et V* 39 calore: colore *V*.

**Incipit uero sextus tractatus de remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera F.**

De remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera F.

*De formicis.*

5 Formicarum remedia plurima sunt. Secundum enim Palladium, libro I<sup>o</sup>, origano ac sulphure tritis foramen earum aspergitur et sic abiguntur. Item: si coclearum uacuas testas combusseris earumque cinere inculcaueris foramina formicarum abigentur. Item: si foramen in orto habent noctue corde admouentur. Si autem foris ueniunt omne orti spacium cinere aut certe candore signetur. Item Alchides in *Libro de uenenis*: cum  
10 intromiseris in antrum formicarum azahe, id est uespertilionem coherentem, ille formice non exhibunt antrum nec per ipsum amplius colligent cibum. Locum etiam cui sanguis menstruus fuerit aspersus numquam adeunt formice. Et arescunt ex eo plante.

Item Plinius, libro X<sup>o</sup>: storacis, aut origani, aut calcis, aut sulphuris odore neccantur formice. Idem in libro XI<sup>o</sup>: ranarum altera filia rubetarum a formicis non  
15 attingitur propter uenenum, ut arbitrantur. Idem in libro XVII<sup>o</sup>: arborum pestes sunt et formice; has abigunt rubrica et pice liquida perunctis cauducibus aut lupini trito cum oleo linitis radicibus. Idem in libro XIX<sup>o</sup>: ortorum exitium sunt formice non minimum, si irrigui non sunt. Remedium est limo marino uel cinere foramina earum obturare. Sed elyotopio herba siue solsequio neccantur efficacissime.

4-42 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De formica”, “De formice sollertia”, “De his que contraria sunt formicis”, “De maioribus formicis”, 1534 B, C, D, E- 1535- 1536 A, B, C, D.

2 post littera F IIIIII M 4 Contra fornicatum M 11 cui sanguis *omittit* M 15 arborum *Cas.* et *omittit* *Cas.* 16 canducibus *Cas.* 18 eorum *Cas.*

20 Quidam et aqua dilutum laterem crudum, hiis putant inimicum. Idem in libro XXII<sup>o</sup>: est formicarum genus uenenatum in Italia quas *salipita* appellat Cicero uel *salpigas*: hiis contrarium est cor uespertilionis. Sed et cantarides resistunt omnibus formicis.

Item Aristoteles: si quis acciperit sulphur et origanum agreste ac puluerizauerit  
25 super mansiones formicarum, dimittent illas et fugient. Similiter etiam fugiunt a fumo storacis sicci. Item Razi in *Almanzore*: formice ex alquitran, pice et sulphure et asa fetide fugantur. Et si ex istis mittatur aliquid in earum foraminibus morientur; porro si ex eo circa foramen epitima fiant non exhibunt. Item ex *Libro de natura rerum*: domus formicarum ex sulphure et origano agresti fumigata formicas effugere cogit ab illo. Item  
30 *Physiologus*: qui uolunt a formicis ethiopicis aurum abripere, accipiunt equas cum pullis suis et fame affligunt eas tribus diebus. Denique pullus earum ad lictus aque religant, que currit inter eos et formicas. Et equas agunt terras aquam illam impositis clitellis super dorsum earum. Que ubi uident trans flumen herbas uirentes pascuntur per campos ultra flumen; formice autem uidentes scrinia et clitellas super dorsum earum comportant in  
35 eas aureas arenas, uolentes eas ibi recondere. Vesperascente autem die, postquam saciate sunt eque et aure honuste, pullos suos audientes pre fame hinnientes, regrediuntur ad eos cum auro multo.

Ista uero que dicta sunt quasi simplicia sunt. Et si ad inuicem componantur et  
commisceantur forcius operantur et efficacius. Vnde si quis intingat pannum in liquore  
40 confecto ex amurra, et urina, et sulphure, et felle bouino, et pannum circumliget trunco arboris, non ascendet ad eam formice. Si addantur carbones triti et pix fortius operabuntur. Similiter cum asa fetida fortius operabitur.

30 uolunt *suprascriptum* V uult *litturatum* 35 Vesperascente *Cas*.

*De remedio contra fungos.*

Fungorum suffocationi confert absinchiu, bibetur, secundum Auicennam, in II<sup>o</sup>  
45 tractatu II<sup>o</sup> libri *Canonis*, et proprie cum bibitur cum aceto. Idem in eodem: baurac,  
precipue affricanum, confert suffocationi fungorum ualde seu sit adustum, seu non.  
Similiter eius spuma. Idem in eodem: stercus gallinarum tiriacam esse fungis  
strangulantibus expertum est. Et facit spuere humorem uiscosum grossum. Idem in  
eodem: pira omnis speciei uehementis stipticitatis et tarde maturationis sunt causa  
50 fungorum mortificantium. Et quando coquentur isti fungi cum piris minoratur  
nocumenta ipsorum. Idem in eodem: fungi qui sunt mortiferi sunt illi qui nascuntur in  
uicinitate ferruginosi et rerum aliarum putridarum, aut in propinquitate mansionis  
alicuius reptilium uenenosorum, aut prope aliquam arborum quarum proprium est ut  
corrumpant fungos qui apud eas nascuntur sicut oliue.

55 Et de signis quidem eorum sunt quod super eos est humiditas uiscosa, putrefacta  
et cito aduenit eis alteratio et putrefactio et prouenit ex ipsis constrictio hanelitus et  
sincopis. Et eorum cura est uti incisuiis et oximelle cum calamento. Et quandoque  
interficiunt statim. Idem in eodem: calcantum expellit nocumentum fungorum.

Hec simplicia sunt et si componantur fortius operantur.

60 *Explicit sextus tractatus.*

43-59 V. Bell., X, “ De fungo” 718 D, E- 719 A

44 bibetur M 51 nascuntur *omittit* M 55 que *Cas.* quod M et V 56 prouenit *Cas.* 57 uti *suprascriptum* V

**Incipit uero septimus tractatus de remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera G.**

De remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera G, septimus tractatus.

5 *Contra gurguliones.*

Gurgulio dicitur eo quod pene nihil est aliud nisi guttur, secundum Hisidorum, libro XII<sup>o</sup>, capitulo de minutis uolatilibus. Est autem uermis granorum specialiter fabarum, secundum Petrum Comestorem. Sicut aranea est uermis aeris, sanguisuga uermis aquatilia, scorpio uermis terrenus et cantaris, limax uermis limi, bombix  
10 frondium, eruca frondium olerum, teredo lignorum, tinea uestimentorum, emigraneus capitis, lunbricus uentris, ascarides costi, pediculi cutis, pulices pulueris, lendes uerticis, tarinus lardi, ricinus canis, usya porci, cymex carnis putride, ita gurgulio uermis est  
15 fumigata galbano uel aliis que dicentur infra ualent, artemisia similiter et puluis aloes et succus camedreos.

*Explicit septimus tractatus.*

5-16 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De grillo et gurgulione” 1537 C, D.

7-8 granorum specialiter fabarum, secundum Petrum Comestorem *omittit M* 8-9 Est autem uermis aeris. Sicut aranea est uermis aquatilis *M*

**Incipit uero octauus tractatus de remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac aspiratione H.**

De remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac aspiratione H, octauus tractatus.

5 *Contra morsum hominis rabiosi.*

Hominis rabidi morsus deterior est qui est a ieiunio. Contra morsum hominis fiat in primis, secundum sententiam aliquorum, quod supradictum est in capitulo de cane rabioso, ut aperiatur uulnus cum flebotomo et extrahatur sanguis maliciosus. Et de meliori consilio est ut superponatur uentosa ut plus extrahatur de sanguine et de humore  
10 infecto in omnibus morsuris serpentum et aliorum uenenosorum reptilium. Et notandum quod in hoc conuenerunt auctores, quod statim ligari debet fortiter supra locum morsure, ut ad locum stricture ratione doloris fluant spiritus et humores. Et inhi-beantur cursus et dispersio fumositatum uenenosorum. Specialiter uero cura morsus hominis est ut  
15 uulneri superponatur. Postea fiat unguentum nigrum et inungatur.

Et illud unguentum fiat ex adipe anseris, et galline, et cera, et oleo et tiriaca. Postea accipiatur thus puluerizatum et admisceatur cum oleo uel uino et superponatur. Item: ossa uitulina adurantur donec albescant.

5-34 V. Bell. XIX°, “De cane”, “De latratu canum”, “De morsu eorum ac remediis contra eum”, “De medicinis ex cane”, “De cane rabioso”, “De signis rabiei in cane”, “De morsu canis rabiosi”, “De signis eiusdem morsure”, “De remediis contra eum in usu medicine”, 1389, B, C, D, E –1390-1391-1392-1393-1394-1395-1396-1397-1398 A, B, C, D.

5 rabiosi *M et V* Contra morsum hominis rabiosi *Cas.* 9 humore. fumo *Cas.* 12 spiritus. specialis *M*

Postea conficiatur cum uino, uel oleo, uel cum melle et superponatur. Similiter  
20 sal et mirra cum melle confecta. Cum uulnus fuerit magnum tunc oportet ut repleat  
uulnere aneto sicci adusto, aspergatur super ipsum cinis caulium. Item: superponatur  
emplastrum factum ex radice feniculi et melle, aut emplastrum factum ex farina  
fabarum temperata in aqua uel in aceto.

Et notandum quod quicquid uulneri superponitur debet esse actu calidum. Quod  
25 enim dicit Ipocras frigidum nocet uulneribus; de actuali frigido intelligitur. Et notandum  
que illa duo emplastra ultimo dicta multociens permutari debent.

Secundum alios et Gilibertum: in medicatione morsus si fuerit ab homine uel ab  
alio, in primis aplicetur uulneri pannus infusus in oleo multociens et abstergatur. Item  
fiat emplastrum cum melle et cepa super uulnus. Item: fabe masticate crude superposite  
30 uulneri iuuant ualde. Litargire etiam coctum in uino et superpositum iuuat. Vnguentum  
nigrum quod fit ex adipe, et cera, et oleo et tiriaca conferunt, ut est dictum. Et si  
plurimum corrumpatur color loci extrahatur sanguis cum uentosis prope locum uulneris  
positis, uel per flebotomiam, ita quod non fiat flebotomia nisi ex uena propinqua  
uulneri; uel possunt apponi sanguisuge.

35 *Explicit octauus tractatus.*



**Incipit uero tractatus nonus de remediis contra uenenosa et tediosa que in cipiunt ab hac uocali I<sup>o</sup>, nonus tractatus.**

De remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac uocali I. nonus tractatus.

5 *Contra iusquiamum.*

Iusquiamo sumpto conferet bedazahar absinchium potatum cum uino, secundum Auicennam in II<sup>o</sup> tractatu II<sup>o</sup> libri *Canonis*. Item: remedia iam dicta in capitulo de cassilagine in C littera. Idem in eodem: coagula omnia sunt bedazahar et confert iusquiamo nigro. Et magis sunt ad illud coagula edi hynnuli ceruorum, et uituli et agni.

10 Et sanat a uenenis et morsuris omnibus tres amulesech, sitque potio ipsorum 10 uel 9 baraces in linimento. Et coagulum edi est bedazahar euforbii. Idem in eodem: oleum balsami confert iusquiamo cum bibit cum lacte, et uenensis proprie scorpionibus. Idem in eodem: cortex mori arboris est tiriaca iusquiamo.

Hec autem simplicia sunt et si componantur ad inuicem fortius operantur.

15 Requiritur de hac materia in capitulo de cassilagine.

*Explicit nonus tractatus.*

5-15 V. Bell., IX<sup>o</sup>; “De hyoscyamo” 618 E- 619 A, B, C, D, E; XI<sup>o</sup>, “De iusquiami semini” 799 B, C, D.

6 bedazahar *omittit* V 10 Et sanat a uenenis *omittit* M 11 bedahazar *Cas.* 15 Requiritur de hac...de cassilagine *omittit* *Cas.*

**Incipit uero tractatus decimus de remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera L.**

De remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera L decimus tractatus.

5 <De lacte>

Lac coagulatur in stomacho propter coagulum aliquando bibitum cum lacte; et sentitur frigus corporis et prefocatio hanelitus. Abstineat paciens ab hiis que faciunt caseitatem. Detur acetum cum aqua in potu cum suco calamenti dragmas 5, quia resoluit ipsum statim et mullum prohibet lactis coagulationem.

5-9 I. Aeg. “De natura lacte”, 1604- 1624; V. Bell., XXII<sup>o</sup>, “De potu et cibo animalium”, “De lacte”, 1639 E- 1640-1641-1642- *specialiter* “De lacte malo ac uenoso” A, B, C.

1-2 requiratur de hanc materiam in capitulo de cassilagine *in margine V. 5 inclusit Cas. 6* et: ut *M* unde *Cas.*

10 *Contra lacertam.*

Lacerte uiridis morsus comprehendi potest sub morsu scorpionum et quodlibet uenenum frigidum.

10-12 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De genere lacertorum” 1490, C, D, E- 1491 A, B

11 scorpionis *Cas.*

*De remediis contra lendes.*

Lendes et pediculi non solum in capite, immo etiam in reliquo corpore fiunt et  
15 generantur de superfluitatibus humorum quos natura ad exteriora eicit, maxime cum  
propter lutum sub cute superflua retinentur. Contingit hec passio hiis qui non lauantur et  
ex esu caricarum et precedunt elephantiam maxime cum innumerati emergunt pediculi,  
ut infra in capitulo de pediculis. Generantur autem lendes et pediculi ex eadem materia,  
sed lendes ex subtiliori. In primis uero radantur pili uel cum psilotro deponantur quod  
20 sic fit: recipe calcis uiue dragmas 4, auripigmenti dragmam 1, bulliant in aqua usque ad  
spissitudinem. Signum autem decoctionis hoc est: quando pluma inmissa depilatur.  
Lauentur sepe in aqua salsa; ungatur caput ex staphisagria uel oleo albo trito cum sale et  
oleo. Vngatur ex hoc ad solem uel ad ignem.

Recipe sulphuris uiui, olibani, aspalti, nitri, eris usti, piperis, staphisagrie, ana  
25 dragmas 2; picis, resine, cere, dragmas 5; hec tria postrema lento igne soluantur. Quibus  
liquefactis puluis aliorum admisceatur. Neccantur quoque pediculos et lendines  
staphisagria, nitrum, sandaraca, pix liquida, piper longum assum, centaurea, elleborus  
albus, auripigmentum cum oleo et aceto inuncta siue unumquodque per se, siue  
commixta. Valet decoctio lupinorum amarorum si ex ea lauentur loca que sunt plena  
30 pediculis. Item: uerbena et absincio in aqua coctis; caput laua assidue et blette succo ubi  
idem succo unge caput et mox pediculi et lendes cadent. Item: ruta trita cum oleo calido  
uel aliud, corpus frica et lendes et pediculos mire dissoluit.

13-49 V. Bell., XII<sup>o</sup>, “De cautela contra pediculos et pulices et muscas” 1107 C, D, E; “De sudore superfluo et pediculis”, 1305 A, B, C; XX<sup>o</sup>, “De pediculo”, 1543 E-1544 A, B

15 superfluitatibus *Cas.* 17 esu caricarum: usu caritarum *Cas.* 24 olibani *M et V* staphisagria *Cas.* 26 neccantur: neccant *M* 31 cadent: cedent *Cas.* 32 aliud: altero *Cas.*

Item: sauine trite, sisimbrii, Iouis barbe, ana, fasciculum unum cum suco ipsorum, oleum, sal et acetum bene permixtum et in patella super focum calidum, oleum  
35 impone et cum lana succida inuolue, et diligenter liga, in crastinum resolue. Item: aneti florem cum oleo coque et caput inunge totum. Item: lendium remedia et syronum sunt blette succus, uel decoctio lupinorum amarorum, uel casedule. Et fiat collutio siue ablutio. Item puluis aloes cum uino albo per noctem temperetur et inde pili etiam palpebrarum inungantur et capilli. Item: succus camebreos uel herba trita in uino ueteri  
40 et superposita ualet contra tineam et lendes et syrones pellit. Item: munda bouis recens sicut exit ab animali deprimatur ut exeat liquor super uermes. Item: extrahe succum pomorum siluestrium et redige corem rubeam in peluim et atramentum et simul in pelui conmiscce et pone ad solem; post reconde in uase eneo contra syrones palpebrarum et ciliorum oculorum et contra prurimum oculorum.

34 et in patella *omittit* et *Cas.* oleum *omittit* *M* 38 et inde: et misce *Cas.*

45 *Contra leopardum.*

Leopardus ex adulterio leone siue leonis et pardi siue parde nascitur, secundum Hisidorum. Dicit autem Esculapius quod si uiderit hominis craneum fugit. Item Rasis: pro herba que leopardus herba dicitur, leopardus teretur. Et herba que leopardum strangulans dicitur, interficit.

45-49 V. Bell., XIX<sup>o</sup>, “De leopardo”, 1423 E- 1424 A, b, C, D.

46 leone: leene *Cas.*

50 *Contra leporem marinum.*

Leporem marinum sumenti in potum uel gumam rute agrestis, uel elleborum, uel iusquiamum, uel strangulatorem adib et leopardi, uel medicinas corrosiuas putrefactas uel mortales, uel cantarides, confert lac, secundum Auicennam, in II<sup>o</sup> tractatu II<sup>o</sup> libri *Canonis*. Idem in eodem: fistule pastoris aureus aut duo aurei in potu accepti ex ea  
55 conferunt ei qui bibit leporem marinum, et opium et reliqua.

50-55 V. Bell., "De leone et lepore marino", 1282 E- 1283 A, B, C.

51 potu *Cas*.54 aureus: aures *M* 55 confert *Cas*

*Contra limaces.*

Lymax est testudo in limo uel de limo nascens secundum Hisidorum et *Physiologum*, terramque comedit. Quattuor habet cornua, sed duo longiora. Sanguis eius poros claudit. Et ne pilos crescant efficaciter inpedit. Confracta et constricta in quibusdam  
60 uulneribus sanat apostema. Require de testudinibus infra. Dicit autem Plinius, libro XXXIII, quod sanguis testudinum seu limacum contra aranearum et ranarum et similiarum uenena auxiliatur. Item Palladius, I<sup>o</sup> *Libro de agricultura*, ut olera non generet animalia sibi infesta, in corio testudinis omnia semina que seminaturus est desicca. Vel mentam in locis pluribus maxime inter caules sere. Porro contra limaces uel amurram  
65 recentem, uel ex cauernis fuliginem sparge. Idem: fugantur culices et limaces, galbano infuso aut sulphure in ortis satis. Idem: galbano uel cornu cerui combusto, uel radice lili, uel capre unguis noxia prhibentur cum fumus attingit ea.

56-67 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De lanifico et limace”, 1537 E- 1538 A.

58 habet *omittit M*



*Contra litargirum.*

70 Litargirum et limatura plumbi interficiunt similiter ceruse dragme 4. Sunt autem de genere ueneni calidi. Et limatura ferri similiter. Calx et arsenicum similiter euforbii dragme 2 similiter. Similiter scani dragme 2. Contra hec da lac, extractum a butiro et suma et medicinas superiorum conuenientes. Similiter oleandrum, et anacardi et condisi et elleborus albus, et succus cucumeris asinini, et nigella et agaricum nigrum; medicantur ut ex elleboro.

68-74 V. Bell, VII° “De lithargyrio”, “De usu litargyri in medicina”, 437-438

71 similiter: si sicut *Cas.*

75 *Contra locustas.*

Locusta nota est. Remedia contra ipsam sunt aues dicte zelentides quarum aduentum impetrant incole Cadmy montis, locustis fruges eorum uastantibus, secundum Plinium libro XI. Idem in XI<sup>o</sup>: Lemnii certa mensura sibi prefixa singuli locustarum enecatarum ad magistratus deferebant et ob id graculos colunt quoniam aduerso uolatu eorum exitio necaturi occurrunt. Item Palladius, libro I<sup>o</sup> *De agricultura*: locuste pelli dicuntur aqua decoctionis amari lupini aut cucumeris agrestis si urine fundatur. Existimant aliqui, secundum ipsum, locustas et scorpios fugari si ex hiis aliqui utantur in medicina. Idem: uenticulum ueruecis occisi plenum sordibus suis spacio quo habundant noxia ortorum uel satorum leniter operies et post biduum reperies animalia ipsa ibi congesta. Hoc est bis uel tercio si feceris genus omne quod nocebit extinguit. Item Palladius, libro I<sup>o</sup> *De agricultura*, in capitulo de remediis ortorum, dicit, quod omnia semina orti uel agri feruntur seruari ab omnibus noxiis; si cucumeris agrestis radicibus atritis antea macerentur. Idem ibidem: eque uel asine caluaria sed non uirginis intra ortum ponenda est uel satum, et creditur sua presentia nascentia seu nascitura fecundare.

75-90 V. Bell., XIX<sup>o</sup>, “De locusta” 1426 C, D, XX<sup>o</sup>: “De generatione locustarum”, “De nocumentis eorum”, “De remedio contra eas”, “De medicinis ex corporibus locustarum”, 1538 B, C, D, E- 1539-1540.

77 incole: in cole *Cas.* Lemnii: lenii *Cas.* 85 est *Vom. Cas.*

*Contra lumbricos.*

Lumbrici sunt longi et rotundi et, secundum quosdam, generantur in yleon, ascarides in orbo, cucurbitini et minutime in longaone. Sunt autem omnes uermes intestinorum, ultima uero duo genera prioribus sunt peiora. Alii uero dicunt cucurbitinos  
95 in orbo generari. Alii uero qui sunt stricti et graciles in longaone. Dicunt enim tria lumbricorum genera in uisceribus generari, uidelicet: longos, rotundos et parum grossos; secundo: curtos et latos; tercio: strictos et graciles ad modum uermiculorum.

Lumbricorum uero, et ascaridum, et horum, et uermium ceterorum eadem est cura. Aromatica enim amara et acetosa occidunt lumbricos, quemadmodum dulcia et  
100 aquosi sanguis generatiua eos nutriunt, ut herbe et fructus et maxime cortices fructuum et herbarum. Lumbricosi uero mane cibentur ne propter nutrimenti defectum conuertant se ad stomachum et intestina et corrodant et perforant ea. Accidit autem quandoque, scilicet cum sint ueteres, quod perforant stomachum ita quod extra eminent acumina capitum. Sed tales uidentur incurabiles. Primo autem debent occidi et post eliminari.  
105 Detur ergo lac caprinum triduo quod multum affectant propter dulcedinem; post stomacho inanito dentur amara ut in escati dulcedine per consuetudinem, amara gulose sine distinctione propter famem comedant, uel amara cum dulcibus, uel aromatica ut cum lacte uel melle exhibeantur ut decipiantur.

cfr. Cap. *De ascaridibus et lumbricis.*

91-149 I. Aeg. "De ascaridibus", 1216-1218-1220-122-1224; V. Bell. XII<sup>o</sup>, "De lumbricis", 1350 E; 1351 A, B; XX<sup>o</sup>: "De uermibus in generali", "De diuersa uermium origine", "De anulosis", "De pedibus eorum", "De quorundam alis", "De quorundam aculeis", "De uita insectorum siue anolusorum", "De generatione ipsorum", 1497-1498 A, B, C, D; 1498 E- 1499-1500-1501-1502-1503 A, B, C, D., "De lumbrico", 1540 E-1541 A, B. Cfr. Auic., III<sup>o</sup>, fen 6, 4, "De uermibus".

93 minuti *Cas.* 98 horum: orborum *Cas.*

Amara ut aloes per se uel in pilulis, succus absincii, persicarie, id est, foliarum  
110 persici, caparis puluis, lupinorum amarorum, centonice, cornu ceruini usti puluis,  
centauree, nigelle. Specialia interficientia in lactenti etate sunt absinchium et nigella  
distemperata cum aceto uel emplastrata. Similiter puluis cornu ceruini cum aqua salsa et  
parum mellis. Item distemperetur centaurea cum uitello ouorum et farina tritici et fiant  
115 crispelle et offerantur bis in septimana, ieiuno stomacho, Item succus persicarie cum  
lacte caprino idem facit. Iniunctio fiat circa umbilicum cum felle tauri et succo  
centauree. Et potest admisceri succus ebuli et sambuci et ponatur supra stomachum et  
intestina, lumbricos interficit et expellit. Nasturcium aquaticum quassatum et in patella  
calefactum sine liquore cataplasmetur.

Succus mente romane, id est, costi, et alterius mente, scilicet, ortolane, potatus  
120 etiam multum confert. Similiter origanus et calamentum expellit; lupinorum amarorum,  
centonica, cornu ceruino, ana dragmam 1; pulueris graminis dragmas 3. Conficiantur  
cum melle et exhibeantur. Aloes etiam cum succo persicarie aut absinchii emplastentur.  
Fortioribus autem detur gutta 1 uel 2 succi cucumeris agrestis cum ouo sorbili. Mirra  
detur in pilulis. Fiat hoc electuarium modernorum: recipe nitri, lupini, orobi, canabi,  
125 cornu ceruini, camedii, centauree minoris, polii montani, centonice, muscate, pigani,  
psidie, cinamomi, salis geme, apii seminis, ana dragmas 8; mellis purgati quantum  
sufficit. Conficiatur et detur. Dentur pilulle de galbano et penidiis.

Emplastrum fiat ex absinchio, succo arnoglosse, apii, persicarie, persici,  
centauree minoris, fellis tauri, ana plus nigelle, centonice, lupini, salis tosti, ana super  
130 umbilicum pone. Adde parum aceti et olei. Alter epithima puerorum: centaurum et  
nigella cum aceto et succo absinchii et modico sale et oleo uel butiro conficiantur et  
epithimentur. Idem facit limatura ferri. Detur rubea in sero cum succo pimpinelle uel  
campharote, id est, abrotani. Gentiana lumbricos interficit intra et colubrum potata.

111 nigelle: sugelle *Cas.* 126 salis geme: salignes *Cas.*

135 Radix serpentarie, id est, draguntee, idem facit. Due gutte uel tres succi titimalli uel cucumeris agrestis lumbricos occidunt. Mortificatis lumbricis laborandum est circa eorum expulsionem. . Detur ergo eis yerapium uel aqua decoctionis agarici et interiorum coloquintidis, uel cum benedicta, uel cum alio katartico, uel cum pilulis laxatiuis falsis purgatiuis. Et detur aliquod electuarium aromaticum quia precipue solet os fetere in lumbricosis, stomacho existente ieiuno.

140 Succus crassule minoris potatus et emplastratus eos excludit. Si sint in inferioribus intestinis clisterizetur cum succo absinchii et lupinis, et scamonea et nitro et sale et melle. Vel cum felle tauri, uel cum succo centauree et abrotani peruncto circulo pudibundo cum oleo. Vel fiat clistere cum aqua decoctionis corticis nucleorum persicorum, cerasorum uel cum aqua decoctionis corticis nucum, lunbricos mortificat et  
145 educit. Et quando cucurbitini sunt circa anum grauiter excluduntur. Hos oportet frequenter clisterizare cum fortioribus ut pigra aquata cum oleo et felle. Sed fomenta pudicum circulum et inunge oleo propter exoriationem et tenasmon. Cortex radices pomigere et radices fraxini decoquatur in uino dulci et propinetur, lunbricos mortificat miro modo.

139 existente *M et V*: exeunte *Cas.* 141 intestinis *suprascriptum* medicinis *lituratum V* clisterizetur *suprascriptum V* clisterizetur succo *M* 143 clister *Cas.* clistere *M et V* 144 corticis nucleorum .....aqua decoctionis *om. Cas.* cortice nucleorum persicorum *M* 144 corticis *suprascriptum V* 145 sunt *om. Cas* 146 fequenter *om. M.*

150 *Contra lupos.*

Lupos fugant canes. Item laquei multi ponantur in campis uel corde Et lupi  
timentes non accedunt ad gregem. Idem facit, ut creditur, pellis leonis. Item secundum  
Auicennam, in secundo *Canonis*, luporum morsui et canis et serpentis confert  
agnuscastus bibitus dragma 1 et superpositus emplastri more. Et suffumigatio ex eo  
155 facta et ex foliis eius fugant uenenosa. Item idem: gentiana est ultima medicina puncture  
scorpionis et pondus dragmarum 2 ex ea cum uino confert puncture uermium omnium  
uenenatorum. Et morsui canis rabiosi et omnium luporum.

*Explicit decimus tractatus.*

150-157 V. Bell., XIX°, "De lupo", 1426 D, E- 1427-1428-1429-1430-1431 A, B, C, D.

152-153 secundum Auicennam in secundo *Canonis in margine V* in II° *Canonis Cas.* 154 agninus castus  
*Cas* agnuscastus *M et V* 156 scorpionis et pondus dragmarum 2 ex ea cum uino confert puncture omittit *M*

**Incipit uero undecimus tractatus contra tediosa et uenenosa que incipiunt ab hac littera M.**

De remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera M, undecimus tractatus.

5 *De mandragora.*

Mandragora uirtutem habet obstupefaciendi et mortificandi membra et redendi ea insensibilia. Et quandoque interficit nisi cito succurratur. Cura uero est, secundum auctores, sicut cura de obstupefficientibus et interfficientibus.

5-8 I. Aeg. “De abrol, radice mandragore siluestre”, 132- 136V. Bell., IX<sup>o</sup>; “De mandragora”, De uirtute ipsius in medicina”, 623 B, C, D, E- 624

5 De mandragora *titulum in margine V* 8 sicut cura de obstupefficientibus et interfficientibus *om M*

*Contra mures.*

10 Mures abiguntur a frugibus, cinere mustele diluto et semine sparso uel in aqua decocto. Sed huius animalis uirus redolet etiam in pane et ob id felle bubulo attingi semina utilius putantur, secundum Plinium, libro XVIII. Idem, in libro XX<sup>o</sup>: cucumeres dicti agnini uel erratici decoquuntur et ex hac decoctione sparsa mures non attingunt. Allium ualet contra uenenatum murium morsum. Malue quoque contra omnes aculeatos  
15 ictus sunt efficaces, precipue muris. Idem in libro XXII<sup>o</sup>: camaleonis herbe succus additis aqua et oleo mures in se contrahit ac necat, nisi protinus aquam sorbeant. Idem, in libro XXIV<sup>o</sup>: taxi arboris fumos necat mures. Idem, in libro XXVI<sup>o</sup> : elleborum polente admixtum mures necat. Idem, in libro XXVI<sup>o</sup>: si cerebrum mustele coagulo addatur dicunt caseos a muribus non attingi. Idem, in XXVII<sup>o</sup>: item conitum e  
20 longinquo mures odore necat. Idem, in libro XXXVI: asfodillum est de clarissimis herbarum cuius radice mures fugantur cauerna uero preclusa moriuntur.

Item Razi in *Almasore*: mures e domo cum calcantho fumigata fugiunt. Ex cathimia frigidi, uel gallia metallina uel ex elleboro moriuntur si ex aliquo scilicet istorum cum farina consperso comederint. Item Auicenna in II<sup>o</sup> *Canonum*: squilla est  
25 cepe muris, sic nominata quia murem interficit. Item: argentum uiuum interficit murem. Oleum autem absincii cum infunditur in aqua encuasti mures librum non corrodunt. Item, in IV<sup>o</sup> *Canonis*: murem interficit litargirum et elleborus ac semen iusquiami albi et radix caulis. Sunt etiam ex hiis cepa muris et scoria ferri ad effugandum mures. Mus etiam musculus excoriatur et in domo dimittitur, aut castratur, aut cauda eius  
30 abscinditur, sed excoriatio fortior est.

9-40 V. Bell., XIX<sup>o</sup>, "De mure", 1453- 1454- 1455 A, B, C.

9 *suprascriptum tituli* Contra mures V 10 sparso: sperso *Cas.* 11 huiusmodi animalis *Cas.* 16-18 Idem in libro XVI<sup>o</sup>: si cerebrum mustele coagulo addatur dicunt caseos a muribus non attingi. Idem in libro XVI<sup>o</sup>: elleborum polente admixtum mures necat *M* 20 odores *Cas.* 22 calcantho: alcantho *Cas.* 22-23 Excathimia frigida *Cas.* Ex cadmia frigidi *M et V* metillina *M*



Et dicitur quod si unus eorum, ligato pede cum filo, ligatur ad paxillum in domo, reliqui effugiunt. Item: quando ponitur super cauernam eorum alkitran, id est, pix liquida, fugiunt ab ea. Similiter ex felle tauri et ex asa fugiunt, et ex fumo formicarum. Item Palladius, *De agricultura*, libro I<sup>o</sup>: mures si amurcam spissam patule infuderis et in  
35 domo de nocte posueris adherebunt. Neccabuntur autem si elleboro nigro caseum, uel panem, uel adipem aut polentam permisceas et offeras. Agrestis quoque cucumeris et coloquintide suffumigatio sic nocebit. Aduersus mures agrestes Apuleius asserit semina  
40 bubulo felle maceranda antequam spargas. Nonnulli foliis rodaphanes aditum eorum claudunt. Quibus corrosis dum in exitum nituntur intereunt mures rusticos si de quercu cinere additus eorum obtures et tactu frequenti scabies occupabit ac perimet.

36 quoque *omittit M*

*Contra musaraneum.*

Musaraneum est animal exiguum ualde in Sardinia, in aranee forma que alio nomine *solifuga* nominatur, eo quod diem fugiat. In metallis uel argentariis plurima est, occulto reptans et per imprudentiam super se dentibus pestem facit. Item Plinius, VIII<sup>o</sup> libro: in Italia muribus araneis uenenatus est morsus. Eosdem autem ulterior Apennina regio non habet. Idem: quecumque sunt orbitam si transire uelit moriuntur. Idem, in libro XX<sup>o</sup>: muris aranei morsus filiorum aridorum brasice farina sanatur. Eruce quoque semen scorpionum et murus aranei uenenis medetur.

Idem, in libro XXIII<sup>o</sup>: acetum muris aranei morsus sanat haustum. Idem, in libro XXVII<sup>o</sup>: absinchium etiam aduersatur muris aranei morsibus. Idem, in libro XXVIII<sup>o</sup>: leporis coagulum ex aceto ualet contra murem araneum. . Idem, in libro XXIX<sup>o</sup>: muris aranei morsus sanatur agnino coagulo potio ungule arietine cum melle, cinere, mustele catulo. Item: si iumenta momorderit mustela recens cum sale imponitur aut uespertilionis fel ex aceto. Ipse quoque mus araneus contra se remedium est diuulsus et impositus. Optimum quid erit si imponatur ipse qui momorderit. Sed ad usum hunc seruant alios oleo uel luto circumlutos. Preterea contra morsum eius est remedium terra exorbita; ferunt enim orbitam ab eo non transiri torpe quodam nature. Idem, in libro XXX<sup>o</sup>: musaranei morsibus aduersantur talpe: terram orbitis depressam uel semen eruce.

41-58 V. Bell., XX<sup>o</sup>: "De musaraneo" 1541 D, E- 1542 A

54 uespertileonis M 58 depressa M

60

<*Contra murilegum*>

Murilegi remedia dicta sunt in capitulo de cato in C littera.

60-61 cfr *De cato*

60-61 V. Bell., XIX<sup>o</sup>, “De catoblepa et cato” 1401, C, D, E.

*Contra muscas.*

Musce necantur, secundum Plinium, libro XXIV<sup>o</sup>, si locus foliorum sambuci decoctione spargatur. Idem, libro XXV<sup>o</sup>: elleboro albo trito et cum lacte commixto  
65 musce necantur. Idem, XXVII<sup>o</sup>: atramentum temperatum ex diluto absinthii tuetur a muscis litteras librorum. Idem XXXIV<sup>o</sup>: halitus fornacis plumbi quando decoquitur muscis et culicibus et muscionibus est noxius. Item Auicenna, in IV<sup>o</sup> *Canonis*: muscas interficit arsenicum quando ponitur aliquid de illo in lacte et sugunt inde musce. Item: decoctio ellebori nigri.

70 Hec autem simplitia si ad inuicem componantur fortius operantur. De hac materia dictum fuit supra in capitulo de cinomia in C littera.

62-71 cfr. *Contra cinomias*

62-71 V. Bell., XII<sup>o</sup>, “De cautela contra pediculos et pulices et muscas” 1107 C, D, E; XX<sup>o</sup>, “De cinomia” 1533 C, D; “De musca” 1542 A, B, C, D, E- 1543 A, B

*Contra mustelam.*

Mustela dicta est quasi mus longus, secundum Hisidorum. Telum a longitudine dictum est. Hoc ingenio subdola domibus ubi nutrit catulos suos, transffert mutatque  
75 sedem. Serpentes etia[m] et mures persequitur. Duo sunt genera mustelarum: alterum enim siluestre est distans magnitudine, quem Greci ictidas uocant; alterum in domibus, oberrans. Falso autem opinantur qui dicunt mustelam ore concipere et aure partum effundere. Item *Physiologus*: dicuntur autem mustele perite esse medicine, ita ut si forte fetus earum occisi fuerint et eos inuenire potuerint rediuiuos faciant. Item Ambrosius in  
80 *Exaameron*: mustele grauis est odor in terris, in mari suauis. Terream se nouit fetores ulcisci; hec non minorem gratiam habet capta quam libera. Item Plinius, libro VIII<sup>o</sup>: mustela medetur si ruta est serpentibus dimicatione heserta.

Mustele uisus exitio est basilisco. Hunc enim interficit cauernis facile cognitis. Et illa simul odore moritur quia in nature pugna conficitur. Idem in libro XI<sup>o</sup>: mustele genitalia sunt ossea. Idem, in libro XVIII<sup>o</sup>: mures, ut supra dictum est, abiguntur a  
85 frugibus, cinere mustele diluto et sparso semine uel in aqua decocte. Sed redolet huius animalis uirus etia[m] in pane. Et ob id utilius putant attingi semina bubullo felle. Idem, in libro XX<sup>o</sup>: contra serpentium ictus efficax ruta probatur esse. Cum mustele rutam prius edendo muniant se cum serpentibus dimicature. Idem, in libro XXVIII<sup>o</sup>: hyene tali  
90 sinistri cinere decocto cum sanguine mustele punctos omnibus odio uenire tradunt. Felle uero cameleonis in aquam coniecto mustelas contrahi dicunt, fel caprinum contrarium ueneficiis ex mustela rustica factis. Idem, in libro XXIX<sup>o</sup>: mustela que in domibus oberrat catulos suos, secundum Ciceronem, tres cotidie transfert; sedem mutat; serpentes persequitur. Stellionum uero fel tritum in aqua mustelas agregare dicitur.

72-102, cfr. *De basilisco*

72-102 V. Bell., XIX<sup>o</sup>, “De mustela”, “De medicinis ex mustella”, 1456 C, D, E- 1457-1458 A.

60 *Cas. et ed.* 81-82 *Plinius VIII<sup>o</sup>* heserta:conserta 83 *quia superscriptum V*

95 Porro non latrant canes caudam mustele, que abscisa sit, dimisse habentes. Item:  
ueneficiis ex mustela siluestri factis contrarium est ius gallinaceum ueteris large  
haustum. Oculus mustele si detur gallinaceis et columbis tutos esse dicunt a mustelis.  
Preterea si cerebrum mustele coagulo addatur caseos negant uetustate corrumpi, aut a  
muribus attingi. Item Auicenna, in II<sup>o</sup> *Canonis*: ex in matura ficu cum herobo fit  
100 emplastrum super mustele morsum. Idem in IV<sup>o</sup>: est autem mustele morsus uelocis  
doloris. Contra uero emplastrum cum cepis et allis aut horum aliquid comestum cum  
uino puro et cum farina herobi. Odor autem rute mustelam effugat.

*Explicit undecimus tractatus.*

99 horobo *M*. 101 contra uero aut horum aliquid emplastrum comestum cum uino *M* aut horum aliquid *in*  
*marginē arborumque litturatum V*

**Incipit uero duodecimus tractatus contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera N.**

De remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera N, duodecimus tractatus.

5 *Contra napellum moysi.*

Napelli moysi tyriaca est proprie muscus et etiam uenenosorum. Item contra napellum ualent ea que superius dicta sunt. Item curatio est uomitus. Et sit medicina uomica leuis que iuuat naturam in expellendo ex decoctione seminis rape et seminis aneti, uel ex decoctione aque et butiri cum sale. Dicit etiam Auicenna quod stercus galli  
10 cum uelocitate prouocat uomitum ueneni. Et si declinat ad inferiora clisterizetur cum benedicta uel yera.

*Explicit duodecimus tractatus.*

5-11 V. Bell., IX°; “De napello”, 692 B, C, D.

8 uomifica *Cas. uomica M et V*

**Incipit uero tercius decimus tractatus contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac uocali O.**

De remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac uocali O, decimus tertius tractatus.

5 *Contra ociones.*

Ociones manuum et sirones capillorum occidunt huiusmodi que sequuntur: sal cum sapone tere et inde frequenter laua manus. Item sucus celidonie seriones occidit et pruriginem tollit. Item accipe latere calefactum et aliquod uas plenum aqua et postea super laterem candentem ponatur semen iusquiami et paciens syrones aut ociones  
10 manuum teneat super fumum et uidebit uermes quasi pilos cadentes in aquam. Item tere semen iusquiami et fac bullire et laua manus in aqua decoctionis. Item ad syrones corroddentes capillorum extremitates accipe turiones mirte, et mirice et centrigalli et in aceto decoque usque ad spissitudinem et capite loco prius inunge capillos. De hac materia requiratur supra in capitulo de cimicibus, et infra in capitulo de pediculis et de  
15 sironibus.

1-15 Cfr. *Contra cimices*, *Contra lendes*, *Contra pediculis*, *Contra sirones*.

1-15 V. Bell., XII<sup>o</sup>, “De cautela contra pediculos et pulices et muscas” 1107 C, D, E; “De sudore superfluo et pediculis”, 1305 A, B, C; XX<sup>o</sup>: “De pediculo”, 1543 E-1544 A, B; XX<sup>o</sup>: “De uermibus” 1497- 1503 A, B, C, D.



20

*De oleandro*

Oleandrum, et anacardi, et condisi, et elleborus albus, et sucus cucumeris asinini, et nigella, et agaricum nigrum medicantur ut ex elleboro.

16-18 V. Bell., IX<sup>o</sup>; “De oleandro et orobi et orpino”, 633 D, E-634 A, B.

16M *expunctatum in V omittit Cas.*

*Contra opium*

Opium interficitur congelando uirtutes et extinguendo calorem innatum,  
25 secundum Auicennam, II<sup>o</sup> tractatu, II<sup>o</sup> libri *Canonis*. Eius autem tyriaca, secundum  
ipsum, est castoreum. Idem in eodem: fistule pastori aureus unus aut duo in potu accepti  
confertur ei qui bibit leporem marinum, et opium et reliqua.

Opium est de uenenis terre nascentibus et frigidis et fit de suco papaueris nigri  
soli exposito et exsicato. Et interficit interius acceptum quia ingrassat sanguinem et  
30 prohibet eius cursum et congelat ipsum, seu ingrossat et prohibet eius motum et spasmat  
instrumenta hanelitus. Cura uero eius est, ipsum primo educere per uomitum si est  
recenter acceptum cum decoctione salis et olei in aqua ut potetur et uomitus prouocetur.  
Postmodum fiant clisteria fortia sicut de benedicta et yera. Postmodum decoquantur in  
uino origanus, ypericon, castoreum, ruta et salis, et dentur. Item distemperentur allia  
35 cum melle et nuces, et dentur. Item allia cum uino sunt tyriaca.

*Explicit decimus tertius tractatus*

19-31 V. Bell., X<sup>o</sup>, “De papauere”, “ De medicinali papaueris operataione”, 743 C, D, E- 744-  
745 A, B, C, D; XI<sup>o</sup>, “De papauere” 802 E- 803 A, B, C

19 <De opio > Cas. Contra opium V De opium M 24 nigri *omittit* M 29 sicut *omittit* Cas. 30 sal Cas. 32  
Explicit XIII tractatus contra uenena et tediosa. Incipit uero XIV tractatus contra uenena et tediosa que  
incipiunt hac littera P M

**Incipit uero decimus quartus tractatus contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera P.**

De remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera P, decimus quartus tractatus.

5 *Contra pediculos.*

Pediculi sunt uermes cutis a pedibus dicti, secundum Hisidorum, uel a numerositate dicti, ut habetur ex *Libro de natura renun.* Vnde subiungit quod hoc malum ex ipsa hominis carne creatur indubitanter et tamen inuisibiliter. Hos nonnulli de sudore hominis. Alii uero de poris et euaporationibus gigni dicunt. Vnde Constantinus,  
10 in I<sup>o</sup> *Libro uiatici*: pediculi nascuntur in capite uel in toto corpore ex purgationibus quas natura eiciens considerare facit inter cutem et carnem. Fiunt autem de melencolia, magri et nigri; de flegmatico, albi; de sanguineo, rubei. Et in quibusdam lepram signant et cogitur per immetibilem quantitatem. Fiunt autem quibusdam ex sudore et sordibus uestium et capillorum.

15 Aliquando ex crisi imperfecta; aliquando sunt de signis signantibus mortem. Fiunt mortem aliquando ex scabie, aliquando ex esu ficuum. Fiunt etiam aliquando in inguinibus et barba et asellis cancrosis. Fiunt autem lendes ex materia simili et subtiliori, unde eadem est cura. Contra hos precipuum remedium esse dicitur frequens ablutio corporis in marinis aquis aut uehementer salsis. Vel argentum uiuum in oleo  
20 oliue diutius bullitum et zonam ex eo intinctam portare.

5-52 cfr. *Contra cimices, Contra lendes, Contra ociones, Contra sirones.*

5-52 V. Bell., XII<sup>o</sup>, “De cautela contra pediculos et pulices et muscas” 1107 C, D, E; “De sudore superfluo et pediculis”, 1305 A, B, C; XX<sup>o</sup>: “De pediculo”, 1543 E-1544 A, B

16 mortem: autem *Cas.* 16-17 Fiunt mortem aliquando ex scabie, aliquando esu ficuum *in margine V*

Item Haly, in *Libro regalis dispositionis*: accidit autem pugnanti copia pediculorum in corpore propter sudorem et puluerem ac balnei paucitatem. Quia cum euenerit corpus eius cataplasmetur cum argento uiuo, occiso cum oleo, aiuncta aristologia longa et de falo. Mane quoque balneum ingrediatur et corpus eius fricatione  
25 ualida mundetur caputque cum archama, bibito et boraco lauetur.

Item Razi, in *Almanzore*: pediculorum generationem prohibent usus balnei et lauationis. Pannorum frequens mutatio proprieque ut pannus qui carni adheret lineus sit. Tarde namque pediculis repletur huiusmodi: pediculos autem generatos interficit argentum uiuum extinctum si oleo misceatur et ex oleo fila lanæ inungantur que super  
30 se aliquis appendet uel eis se cingat. Item Auicenna, in II<sup>o</sup> *Canonis*: staphisagria cum arsenico pediculos interfecit. Et similiter argentum uiuum extinctum. Idem, in IV<sup>o</sup>: pediculus uulturis, ut ait Galienus, paruus est a quo non cauetur et forte nec uidetur morsus eius. Facit autem erumpere sanguinem per urinam, et per nares, et in ano, et in stomacho per uomitum, et ex pectore, et pulmone, et ex radicibus dentium et quandoque  
35 non recipit medicinam. Huius modi morsui confert lac dulce, scilicet caprinum, et butirum crudum, et terra sigillata et portulaca, et reliqua extinguentia.

Alii uero in cura pediculorum et Constantinus dicunt quod si corpus est frigidum staphisagria et nitrum el auripigmentum cum aceto et oleo temperatur et locus inungatur. Item elleborum album et staphisagría et nitrum cum aceto albo temperetur et  
40 inungatur. Si uero corpus est calidum argentum uiuum et cinis feltri cum aceto temperata necantur, uel cum oleo uel litargiro. Item argentum uiuum cum aceto et oleo temperata ipsos occidunt. Idem elloborus albus, staphisagria et nitrum cum aceto idem faciunt. Idem facit auripimentum cum oleo. Idem facit staphisagria cum aceto. Idem facit aqua salsa cum sulphure. Item costum et storax et sanguisuga similis incendantur et  
45 sanguini porcino admisceantur et caput illiniatur, uermes, pediculos, lendes et cimices, id est, pugneasos et pulices non permitunt uiuere, secundum Gilibertum in II<sup>o</sup>.

De hac materia requiratur in capitulo de lendibus.

25 cum tarchama *Cas.*

Ad pediculos uero in pectine et asellis fiat unguentum de oleo et cinere. Sed adillos qui circa oculos sunt ad ruborem oculorum et mitigationem fiat hoc unguentum:  
50 recipe aloes dragmas 2; grana semis olibani, ana dragmam 1; lardi quantum sufficit; lardum prius liquefiat, deinde reliquorum pulueres apponantur secundum Gilibertum in VII°.

*Contra pulices.*

Pulex est uermis modicus, hominibus molestus maxime et infectus. A puluere  
55 dictus, eo quod a puluere potissime nutriatur, ut dicit Hisidorus, libro XII<sup>o</sup>. Item ex  
*Libro de natura rerum*; pulices de puluere calefacto et postmodum humore corrupto  
proceari dicuntur. Est autem uermiculus mire leuitatis etiam cursusque ueloci saltu  
pericula effugieris et euadens. Tempore frigido pigrescit uel deficit. Estiuo tempore  
insolescit. Quamuis autem non sit de animantibus que procedunt per manifestam sexus  
60 commixtionem, multiplicat tamen suam speciem per ouationem quia oua quedam in se  
gignit ex quorum emissionem pulices multos producant; unde pulex albus quidam  
nascitur sed quasi subito in nigredinem commutatur.

Sanguinem appetit et ideo carnem cui insidet terebrat et perfodit liquidiorum  
partem corporis intercutanei humoris suggit et in parte corporis cui insidet suggendo  
65 sanguinem, rubicundum uestigium derelinquit. Dormire uolentes acri morsu impetit.  
Verum regibus Siculorum paruus pulex tetigerit quoniam eos moleste parcere consueuit.  
Eis absinchiu est uenenum. Similiter et folia persicorum, secundum Constantinum.  
Coloquintida ualet contra pulices si trita et mixta cum aqua per loca ubi habundant  
pulices aspergatur. Similiter et folia absinthii quia ut dicitur, eorum odore et sapore  
70 moriuntur. Propter saltus uelocitatem de facili non capitur. In calore circa tempus  
pluuosum, acrius mordet pulex. Contra pulices, ut habetur ex *Libro de natura rerum*,  
optimu remedium est omni die uestem, corpus absinthio fricare. Et eadem herba cum  
oleo cocta corpus perungere.

53-87 V. Bell., XII<sup>o</sup>, “De cautela contra pediculos et pulices et muscas” 1107 C, D, E; XX<sup>o</sup>:  
“De pulice”, 1544 C, D, E.

64 corporis *M om. V* 66 Verum regibus Siculorum paruus pulex tetigerit quoniam eos moleste parcere  
consueuit *expunctatum in V omittit M*

75 Preterea si frigus circa Iunium mensem fuerit, cito pereunt nec earum  
prouentuum copia reliquo estatis tempore erit. Pulex in duas partes diuisa, reuiuiscit.  
Item Rasi: pulices, cum herba que dicitur chancarui lecto superposita fuerit, nec salire  
nec se mouere possint. Si uero aqua in qua tribuli cocti fuerint domus roretur pulices  
omnino destruentur. Aqua similiter in qua ruta coquitur aut aqua oleandri eos interficit  
Item Auicenna ad effugandum pulices aspergitur domus cum infusione coloquintide.  
80 Tunc enim saliunt et effugiunt. Et similiter ex decoctione rubi. Dixerunt autem quidam  
quando sanguis hyrci ponitur in fouea in domo pulices apud eum aggregantur, deinde  
moriuntur.

Similiter aggregantur super lignum linitum ex adipe ericii, et fugiunt ex odore  
caulis et foliorum oleandri. Est autem herba nota iecuncime, scilicet, herba pulicum, que  
85 cum in lecto ponitur inebriat eos et stupefacit, ideoque non uiuificantur. Item Palladius:  
pulices fugantur amurca per pauimentum frequenter aspersa, cum cimino agresti cum  
aqua, uel cucumeris agrestis semine aqua resoluta sepe infuso.

*Explicit decimus quartus tractatus.*

**Incipit uero quintus decimus tractatus contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera R.**

De remediis contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera R, quintus decimus tractatus.

5 *Contra ranam.*

Rana a garrulitate uocata est eo quod contra genitales paludes strepit et sonos uocis inportunis clamoribus reddit, secundum Hisidorum libro XII<sup>o</sup>. Item ex *Libro de natura rerum*: ranarum coitus magis est de nocte quam de die, et in earum coitu magna est mora; multum seminis effidunt. Ranas habet mare que alas habent et omnis piscis fetus nutrire praeter ranam. Item Auicenna, in IV<sup>o</sup> *Canonis*: uenenum rane cognoscit, per abhominabilem saporem, sicut leporis marini per odorem. Sunt rane fluuiales uirides, et marine rubeae, utraque uenenose. Earum potu accidit obfuscatio coloris et apostematio corporis, secundum Semitam, molliciei et adustio gutture et ore, difficultas hanelitus et tenebrositas oculorum et uertigo ac fetor oris.

15 Quandoque etiam accidit spasmus aut tetanus, et quandoque uentris solutio dissinterica et nausea et uomitus ac permixtio rationis et syncopis, et quandoque sperma sine uoluntate expellit eius quoque qui euadit ex eis; non saluantur uero dentes sed cadunt. Horum curationi conferunt uomitus et exercitium plurimum et balneum et inunctio cum oleis calidis et uinum plurimum et radices arundinis, et cinerum, et  
20 calamus aromaticus cum uino et omne quod confert ydropisi.

5-28 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De rana”, “De diuersis ranarum speciebus”, De medicinis ex ranis”, 1492 C, D, E- 1493- 1494 A.

18 conferunt: confert *Cas*.



Sunt autem et rane citrine ex quibus abscinditur appetitus cibi, accidit eructatio et corrumpitur color fitque syncopis et nausea et uomitus ac dolor stomachi et apostematur uenter et crura. Harum quoque cura proxima est cure predictarum. Rana parua, uiridis et muta si forte hauriatur bouem distendit. Hec in arundinetis et herbis  
25 maxime uiuit. Carnes eius superponunt oculorum doloribus; huius corporis humorem speculis depressum claritatem oculis inunctis narrant offerre. Ranarum carnibus in hamum additis purpure alliciunt. Canes uero quibus in ora ea rana uiua sic data latrare negantur.

24 muta: minuta *Cas.* 27 in hamum...quibus *om. M*

<*Contra ratum*>

- 30 Ratus et sorex species muris sunt. Et tamen soricis nomen muris commune uulgariter appropatur. Et e contrario ratus in medicorum libris quasi proprio nomine ratus uocatur. Vnde et medici fimo rati ad allopcias utuntur; et qui tamen uidelicet ratus uenenum in cauda gestare dicitur. Est autem ratus duplici generis, scilicet: terrestris et fluuialis. Item ex *Libro de natura rerum*: rato est murium genus multo ceteris maius.
- 35 Hii adeo perniciosi sunt cum libidine accenduntur, ut si urina eorum partem aliquam hominis nudam attigerit carnes eius usque ad ossa putrescere faciat, nec uulnus in cicatricem ulterius inducatur. Item Hisidorus: sorex latinus est uocabulum; sic dictum eo quod animal huiuscemodi rodat et in modum serre precipitat. Item Belletus ubi supra : si domum suffumigaueris cum ungula muli sinistra non remanebit in ea sorex. Item
- 40 Plinius, libro XI<sup>o</sup>: aures soricis sunt pilose. Item Dioscorides: fimus autem soricis cum aceto tritus allopcias emendat. Cum rore marinus tunsus ac bibitus calicus excludit.

29-41 V. Bell., XIX<sup>o</sup>, “De ratto et sorice”, 1458 A, B.

30 ratus: rætus V

<Contra rubetam>

Rubeta seu rubetum, ut dictum est, pessimum est ac uenenosum rane genus quod  
uulgo crassantium dicitur. Item Plinius, VIII<sup>o</sup> libro: rane rubete, quarum et in terra et in  
45 humore uita est, plurimis recurre medicaminibus, deponere ea assidue ac resumere pastu  
dicuntur, uenena sibi tantum reseruantes. Idem in libro XI<sup>o</sup>: rana insidiarum est uite.  
Sunt uenena ranis maximis rubetinis. Porro artemisiam prodere traditur contra ranam  
potata. Marsyon Enmirneus tradit sumpto rumpi rubetas aliasque ranas. Et si rana saliu  
sua aspersit oculum precipuum remedium est lac mulierum potata. Idem quoque contra  
50 morsum eiusdem bibitur et instillatur. Iecur cameleonis cum rubete pulmone illitum  
pilos detrahit. Idem, in libro XXXII<sup>o</sup>: succus ranarum marinarum ex uino et aceto  
decoctarum bibitur contra rubete uenenum.

Dicte sunt autem rubete quia in uepribus uiuunt tantum grauissime geminis uelut  
cornibus plene ueneficiorum. Tradunt auctores ossiculo quod est in dextero latere in  
55 aquam feruentem iniecto refrigerari uas nec postea feruere nisi exempto. Porro esse in  
sinistro latere quo iniecto uideatur feruere. Canum impetus ferunt eo cohiberi; amorem  
et iurgia in potione addito concitari; uenerem ab alligato stimulari. Rursus a dextero  
latere feruentia refrigerari et hoc in anguina pellicula recenti ab alligato, quartanas et  
alias febres sanari eoque amorem inhiberi; podagris articulisque cum adipe ueteri  
60 prodest rubete cinis.

42-63 V. Bell. XX, "De rubetis", 1494 B, C, D.

43 <Contra rubetam> Cas 45 resumere V 48 emirneus Cas.. 49 potata M pota V 54 e dextero M 60  
prodest M et V prodere Cas.

Porro nerui rubete lacerto dextero alligati uenerem concitant amorem, uero sunt rubeta in recenti corio pecoris alligata. Eadem aqua excocta potui data suum medetur morbum uel cuiuscumque rane cinis. Idem ex *Libro de natura rerum*: rubeta diuersis referta medicamentibus quando uult deponit ac resumit et hoc assidue in pastu facere  
65 dicitur; uenenum uero nunquam deponit, sed tanquam animam suam penes se reseruat. Habent gemina cornua ueneficiorum plena. Mira de hiis certatim narrant auctores. Carnibus earum in hamum positis precipue purpuras allici certum est. Contra uenena marini leporis et rubete cinis earum remedio est in aqua potatus.

*Explicit quintus decimus tractatus.*

**Incipit uero sextus decimus tractatus contra uenenosa et tediosa que incipiunt ab hac littera S.**

De remediis contra tediosa et uenenosa que incipiunt ab hac littera S, sextus decimus tractatus.

5 <Contra salamandram>

Salamandra species est mordicantium, ut habetur ex *Libro de natura rerum*.  
Accidunt autem ex eius potu dolores uehementes in ano et apostema sicut ydropisis in  
uentre et urine retentio. Idem in eodem: salamandra estimatur esse bestia lacerte similis  
habens quattuor pedes et cuadam curtam. Et quod ipsa non aduritur, sed et si prohiciatur  
10 in larem extinguit ignem. Accidit autem ex eius morsu dolor uehemens et inflatio in  
corpore et grauitas lingue et punctio eius et tremor ac stupor. Multociens etiam accidit  
nigredo membris secundum figuram rotundam et casus eius. Cura eius, ut quidam  
dixerunt, est cura cantaridum. Et proprium quo curantur est, ut in potu detur resina pini  
cum melle. Detur etiam decoctio lili eum foliis urticae.

15 Quidam uero dant ranas coctas et de iure earum potui. Item Plinius, in libro  
XXXII<sup>o</sup>: testudinis marine carnes admixte ranarum carnibus preclare contra salamandras  
auxiliantur. Item Dioscorides: salamandre uirtus stiptica est et calida recteque miscetur  
medicamentibus stipticis, et improbos capillos qui sunt in palpebris amputat. Seruatur  
autem sic: extrahatur caput ac pedes eius tollunt et sic quod remanet in melle mittatur et  
20 cum opus fuerit in usum assumatur. Sanguinem coagulatum in stomacho dissoluit lac  
caprinum, uel bibat acetum sepe et faciat uomitum, uel cum melle et succo apii uel  
sirupo acetoso. Si autem in uentre coagulatur, remedia sunt que ad lapidem, scilicet,  
bibere ac clisterizare per uesicam.

5-23 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De salamandra”, “De salamandre nocumento et remedio”, 1494 E- 1495  
A, B, C, D.

5 <Contra salamandram> Cas. 14 lili V allii M ulii Cas 23 cristerizare V

25 <Contra sauram>.

Saura lacertus est, qui quando senescit et excecatur oculi eius intrat in foramen parietis aspicientis contra orientem. Et ortum solum intendens illuminatur, secundum Hisidorum.

25-28 I. Aeg. “De anguim proprietatibus. Quintum capitulum” 1698, 19-21; V. Bell., XX°: “De saura et stellione” 1495 E- 1496 A.

25 <Contra sauram> *Cas.*

<Contra sanguisugam>

30 Sanguisuga, secundum Hisidorum, est uermis aquatilis sic dicta eo quod sanguinem sugat. Ceno alitur, potantibus insidiatur. Cumque inlabitur faucibus uel ubi uspiam adhererit sanguinem haurit. Et cum nimio cruore maduerit euomit quod hausit ut retentiorem denuo suggat. Item ex *Libro de natura rerum*: sanguisuga uermis est  
35 eorum suggat. Cuius sacietate nimia mortem sibi sepius accrescit. Os habet ad modum trianguli unde et triangulare uulnus relinquit. Cumque carni adhererit quanto magis trahitur tanto fortius insidet donec rumpatur. Itaque sanguinem putridum extrahit et alium sanando se ipsam occidit.

Quidam autem hiis uermibus minus sapienter ad superfluum corporis sanguinem  
40 hauriendum se prebent, nisi corruptionem nimiam sentiant. Nam in homine sano nobiliorem ac bene digestum sanguinem extrahunt. Meliores autem ac minus nociue dicuntur ille que rugate ac lineate in dorso sunt. Deteriores uero que nigre. Sanguisuga cum urticis ac tribulis pungitur ut uenenum euomat si quod a bestiis, aut bufonibus, aut serpentibus aquaticis hausit. Item Auicenna, in III<sup>o</sup> *Canonis*: aliquando quedam aque  
45 sanguisugas habent paruas, quarum occultatio difficile facit ab eis cauere. Ideo deglutiuntur et quandoque pendent in manifesto gutturis, quandoque in interiori parte nerui, quandoque uero perueniunt in stomachum. Cumque diu moratur sanguisuga suggit ex sanguine quantitatem magnam, sicque crescente illius corpore quantitas eius apparet.

29-102 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De sanguissuga”, “De operatione illius in medicina”, 1546 A, B, C, D, E- 1547 A. Cfr. Auic, I<sup>o</sup>, “De sanguisugis”, fen 4, doctri. 5, cap. 22.

29 <Contra sanguisugam> *Cas.*

50 Ei ergo in quo suspenditur accidit angustia et tristitia ac sputum sanguinis. Et quandoque curatur cum medicinis gargarismorum si fuerit prope guttur. Cum eis uero que uomitu et solutione uermes educunt si fuerit stans in profundo et in stomacho. Item sanguisuga si adhererit, fumo eius excepto statim euomitur et urine difficultas huius appositione laxatur, secundum Ihoannem. Item Auicenna, in I<sup>o</sup> *Libro Canonis*, dicit sic:  
55 dixerunt Indi quod in quarumdam natura sanguisugarum existit uenenositas; ab illis igitur cauendum est que magna capita habent, uel que lanuginem et que colores antimoniales et nigros, uel quarum color uiridis aut similis maclion, id est aui diuersorum colorum. In hiis enim omnibus existit uenenositas et ex eis proueniunt apostemata, et sincopis, et fluxus sanguinis, et laxitas et ulcera mala.

60 *De electione sanguisugarum*

Sed neque capiende sunt ex aquis malis in quibus limus aluearum niger est ac cenosus statimque motus turbat aquam et fetet. Inmo colligende sunt ex aquis oceanibus in quibus morantur rane quarum color uiridis sit. Et tendantur super eas duo folia colorem arsenici habentia, et rufe rotunde coloris epatis et que simulantur parue locuste,  
65 et que caude muris similes existunt, et minute parua habentes capita. Iste omnes eligantur ad minuendum sanguinem superfluum de corpore. Nulle uero magis eligende quam uentres rubeos habentes et dorsum uiride precipue si fuerint ex aquis currentibus. Extractio quidem sanguinis a sanguisugis facta profundior est illa que fit cum uentosis. Et earum appositio confert egritudinibus intercutaneis.

50 tristitia *M* tristitia *V* 60 De electione sanguisugarum *in margine V* omittit *Cas.* 61 capienda *a expunctata e superscripta V.* 61 aluearum: aluey *Cas.* 67 uiride: uiridum *M*



70 *De preparatione sanguisugarum*

Sed antequam apponantur, per unum diem colligende sunt. Et si fieri potest, constrictione faciendum est ut quod in earum uentribus est, euomant. Et interim donec ponantur modico sanguine agni uel alterius animalis nutriantur. Post hec uiscositas earum atque sordicies cum aliquo spongioso corpore mudentur. Et ipse locus ubi sunt  
75 apponende, lauetur cum baurac, id est, nitro ac fricatione rubificetur. Deinde in aquam dulcem proiecte mudentur et sic apponantur.

*De modo apponendi sanguisugas*

Quod autem efficit eas uoluntarias ad se suspendendum est ut locus luto uel sanguine liniatur et sanguisuga per fistulam immitatur. Cumque plene fuerint et eas  
80 prolicere uolueris pulueriza super eas parum salis, aut cineris, aut baurac, aut sete combuste, aut etiam spongia uel lane combuste et cadent. Postquam uero ceciderint locus uentosa suggatur, secundum Auicennam. Et ex sanguine loci parumper accipiatur ut ex eo malitia morsure ipsarum remoueatur. Quid si sanguis non constringitur galle combuste, aut calx, aut cinis, aut tegula combusta et subtiliter puluerizata superponatur;  
85 aut reliqua ab istis que sanguinem constringunt. Et hoc quidem oportet ut sint apud eam preparata qui sanguisugas apponit cum ipse se suspendunt.

Appositio preterea sanguisugarum egritudinibus confert intercutaneis sicut sahaf et alcualem et eis similia, secundum Auicennam, in I<sup>o</sup> *Libro Canonis*. Alii uero dicunt, quod sanguisuge habentes capita magna et uirides uenenose sunt. Que uero secundum  
90 totum sunt nigre cum dorso purpureo et paruo capite non sunt uenenose.

70 De sanguisugarum preparatione *in margine V omitit Cas.* 75-100 cum baurac ad solem *mutat partem folii 63r, 63u et partem magnam folii 64r secundum V; haec pars apparet postea quia compositio quaderni non recta est M* 77 De modo apponendi sanguisuga *in margine V omitit Cas.* 79 et sanguisuga per fistulam immitatur *suprascriptum V immitat Cas.*

Prius autem quam apponantur debent in cinere uoluptari ut euomant quod habent uenenositatis. Post modum inungatur sanguine edi locus cui apponenda est. Et cum adhererit cauda eius cum rasorio amputetur et nunquam saturabitur. Cum autem uolueris remouere instilla super caput eius acetum tepidum, aut frica caput cum pilo. Non enim  
95 uiolenter debet abici, ne dens fractus inherens nocumentum faciat.

*<De remedio contra sanguissugas>*

Sanguisugas bibentibus conferunt que sequuntur: primo infirmus ad solem ponatur, et ore aperto introrsum diligenter inspiciatur. Quibus uisis, si locus aptus fuerit, manu uel re alia extrahantur. Si uero non uideantur patiens abstineat a potu aque et ad  
100 solem uasa uitrea aqua clara repleta coram ore ipsius apertus apponantur et aqua similiter moueatur. Si uero intra guttur fuerint gargarizet acetum et salem, puluerem sulphuris ysopi gulam uel nares recipiat.

*Contra scarabeos.*

Scarabei, secundum Hisidorum, libro XII<sup>o</sup>, de minutis uolatilibus, a scabronibus  
105 sunt uocati, eo quod ex eis sepe nascuntur. Sunt autem scarabeorum multa genera ut  
dictum fuit in *Libro de historia naturali mixta*. Quidam enim, secundum Plinium, libro  
XII<sup>o</sup>, pilas ex fimo facit in quibus hyeme fetus suos reponit. Quoddam aliud genus est  
quod habet cornua bisulca dentata, cum quibus coeuntibus percutit. Dicit autem Plinius,  
libro XXVIII<sup>o</sup> quod mulier menstruata si nudata segetem ambiat scarabei decidunt et  
110 alia noxia. Item Auicenna: oleum in quo fricatur scarabeus ualet ad dolorem auris  
effusum, similiter corpus eius bene contritum, fugant autem eos que cetera nociua  
animalia.

103-112 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De scarabeo”, 1547 E.- 1548 A, B.

108 *basilica expunctata in M, postea scribit bisulca* 111 autem eos *in margine V*

<Contra scabrones>

Scabrones, secundum Hisidorum, libro XII<sup>o</sup>, in capitulo de minutis uolatilibus, a  
115 *cabo*, id est, caballo uocati sunt, eo quod a caballo creentur. Sicut autem scabrones  
nascuntur de equorum carnibus putridis, ita ex hiis item sepe nascuntur scarabei, unde et  
cognominati sunt. Tauri uero uocantur scarabei terrestres hircino similes, id est uermi  
canino. Dicit autem Plinius, libro XX<sup>o</sup>: quod sysimbrium seu bisynbrium siluestre  
nascitur in irriguis simile nasturcio et utrumque ualet aduersus animalia que sunt  
120 aculeata ut sunt scabrones. Idem, in libro XXIII<sup>o</sup>: uinum contra scabrones remedium est  
lactisque ficulnee natura uenenis eorum aduersantur. Idem, in libro XXVIII<sup>o</sup>: a scorpione  
aliquando percussi nunquam postea feriuntur a scabronibus. Idem, in libro XXIX<sup>o</sup>:  
noctua scabronibus est contraria.

Puto quoque marcii rostrum habentes non feriuntur a scabronibus, aduersantur et  
125 locuste minime sine pennis quas *attelabos* uocant. Idem, in libro XXXI<sup>o</sup>: aduersus  
scabrones salis natura cum aceto ualet. Item ex *Libro de natura rerum*: alius euolat,  
alius in aqua est, alius in uermiculo perseuerat. Carne uescuntur; in pleniluuio crescunt;  
hyeme reconduntur. Auctores dicunt interfici puerum bimum, trino uenis puncturis  
scabronum.

130 Scabrones et uespe nequaquam reges sicut apes habent et ideo periculis plurimis  
subiacent. Horridos sonos ac murmura deponunt et hoc magis in cauis locis. Horum  
mella sunt humanis usibus inutilia. Que qui rapere uoluerit stulto periculo se subdit.  
Nam eorum aculeis iaculatur. Auctor in genere scabronum ponit Experimentator illos  
quos ceruos uolantes apellamus.

113-132 V. Bell., XX<sup>o</sup>: "De scabrone", 1547 A, B, C, D, E

113 <Contra crabrones> Cas. 114 acabo Cas. M. V. 120 remedio V 121 *apparet quod omissit de sanguissugis in foliis 68r ac 68u. Textum Plinii apparet in folii 70r M.* 127 carne litturatum in margine V

135 *Contra scorpionem.*

Scorpio uermis est terrenus, secundum Hisidorum libro XII<sup>o</sup>, capitulo de uermibus. Qui potius uermibus quam serpentibus ascribitur, animal armatum aculeo. Ex eo autem grece uocatum quod caudam figat et arcuato uulnere uenena diffundat; proprium est autem scorpionis, secundum ipsum, quod palmam manus non feriat.

140 Scorpionum autem plura sunt genera, ut habetur ex *Libro de natura rerum*. Duos habet aculeos, secundum Aristotelem. De terra uiuunt. In uere ouat et in auptunno, secundum Plinium. Et uermiculos ouorum specie ponunt. Dicit autem Plinius, libro XXVII<sup>o</sup>, quod cum sol est in Cancro, serpentes torquentur ab ictibus scorpionum. Item ex *Libro de natura rerum*: si porcus niger a scorpione percutitur morietur. Alterius autem coleos  
145 porcus euadet; sed non semper.

*Contra morsum scorpionis.*

Scorpio si quem momorderit dolorem nimium patitur quasi punctura acus. Aliquando calet, aliquando frigescit, aliquando dolor augmentatur, aliquando non. Rigorem et frigorem paciuntur in corporis extremitatibus. Tumet in illis locis.  
150 Aliquando frigide sudant. Medicandum cum tiriaca maiori uel socrugene. Quibus unguendus erit ille locus et cura adhibenda secundum Constantinum, ut infra dicetur in sequenti capitulo tercio.

135-252 V. Bell, XX<sup>o</sup>: “De scorpione”, “De diuersibus generibus scorpionum et morsibus uel ictibus eorum”, “De accidentibus puncture uel morsus scorpionum”, “De remediis contra scorpionum ac medicinis eorum”, “De his quibus puncture uel morsus sanantur”, “De medicinis ex ipsis scorpionibus”, 1548 D, E- 1549-1550-1551 A, B, C, D, E.

145 *Contra morsum scorpionis M et V*, sed non semper *Contra morsum scorpionis*. *Cas.* 152 *Contra scorpionum*. *Scorpionum remedia sunt M*

*Scorpionum remedia*

Sunt huiusmodi que sequuntur, uidelicet: cinis eius potatus cum uino ut habetur  
155 in *Libro de natura rerum*. Item Palladius: scorpiones existimant aliqui posse fugari si  
aliqui ex eis urantur in medio. Item Auicenna, in II<sup>o</sup> *Canonis*: sputum hominis ieiuni  
scorpiones interficit. Item raphanus scorpioni aduersatur ita quod si frustra raphani  
ponantur super eum moritur. Eius etiam aqua in hoc experta est. Denique si scorpio  
momorderit aliquem qui raphanum comederit non ei nocebit. Scorpiones expelluntur  
160 suffumigationibus arsenici et raphani incisi; de quo si fiat circa foramen eorum  
suffumigatio timetur quod egrediantur cum eo.

Scorpiones autem interficit sputum ieiuni calide complexionis super eos  
proiectum, et raphanus masticatus, et succus eius cum tangit eos et folia ipsius. Item  
Hisidorus, libro XVII<sup>o</sup> feniculus herba substernitur ob uim scorpionum repellendam.  
165 Item Razi, in *Almansore*: scorpiones fugantur si domus cum asini ungula et sulphure  
galbanoque suffumigetur..

Oleum quoque si infusum fuerit in eorum foramimibus inde non exhibunt  
ulterius. Item asa fetida in aqua dissoluatur et domus ex ea roretur non approximant;  
preterea si multi ex eis capiantur et domus ex eis suffumigetur omnes alii fugient. Item  
170 Plinius, libro XXVIII<sup>o</sup>: a scorpione aliquando percussi nunquam postmodum a  
scabonibus aut uespis, apibus ne feriuntur. Item Plinius, libro XXIX<sup>o</sup>: stellio scorpionis  
adeo contrarius est ut eo uiso pauorem habens his inferat et torporem. Proprium est  
scorpionum quod manus palmam non feriunt nec nisi paruos attingunt. Item secundum  
Rasys, in *Experimentis*: ad morsum et puncturam scorpionum recipe ase fetide,  
175 scordeum, centauree, mirre, ana dragmam 1; seminis rute, castorei, ana dragmas 4;  
puluerizentur et conficiantur cum uino antiquo. Medicina alia ualens ad morsum  
scorpionis: recipe ase fetide, galbani; confice cum decoctione scordeno et aristologie  
rotunde et aceto ex eo auellanam cum calida

153 Scorpionum remedia sunt huius- *textum interruptur et prosequitur postea in folio 69r* –cemudi que  
sequuntur *ad finem folii 69u* 173-174 Item secundum Rasys *V* Item Rasis *M* 177-178 in *M finis folii 69u*  
auel- *prosequitur in folio 71u* –lanam cum calida

. Alterum medicamen contra morsum scorpionum corpus calefacit et aufert  
180 tremorem in febris frigidis: recipe castorei partem 1, scordeum partes 2, costi amari  
dragmam 1 et semis, ase fetide, zinziberi, ana dragmam 1 et semis. Conficiantur cum  
melle et detur inde dragma 1 et semis cum uino. Contra morsum tyri dragmas 3 aceti  
fortis calidi, et est fortis operationis ualde. Alter ad morsum scorpionis dragmas 3  
laureole cum aceto ad potandum. Ad morsum reptilium decoctio centauree. Elleborum  
185 ualens ad morsum scorpionum: recipe rute seminis sulphuris non positi ad ignem, ana  
aueos 6; castorei, aureum 1; ase fetide, aureum 1, piretri, storacis liquidi, ana aureum 1.  
Confice cum melle et dentur ex eo dragma una et semis cum uino puro, secundum Rasis  
in *Experimentis*.

Contra morsum serpentis: recipe aristologie longe et rotunde, ana, aureum 1; ase  
190 fetide, carui, seminis rute, ana dragmas 2; cumini dragmam 1; castorei, dragmas 3.  
Confice cum melle et dentur dragme 2 cum aqua calida decoctionis gentiane, uel cum  
aqua aristologie cum uino, secundum Rasis, in *Experimentis*. Medicamen, quod dicitur  
electuarium rute, ualet ad scorpionis morsum et febres cronicas, liquefacit flegma  
uiscosum, dissoluit uentositatem. Recipe ase fetide, costi amari et dulcis, ana aureos 5;  
195 aristologie rotunde, zinziberi asati, ana aureos 2; cimaoni, alipthi, ana dragmas 3; radicis  
lili, uel sarcocolle, ana dragmas 3; seminis genciane, agarici, ana aureos 6;  
puluerizentur et conficiantur cum bono uino rubeo et melle et ruta et dentur dragme 3,  
secundum Rasis, in *Experimentis*.

Scorpionum ictus sanant sordes ex auribus, uiros etiam ab hiis percussos coitu  
200 produnt iuuari, feminas ea uenere ledi. Idem, in libro XXIX<sup>o</sup>: lapillus qualiscumque ab  
ea parte qua in terra positus erat plage scorpionis dolorem leuat. Cinis quoque fimi  
gallarum alleuiat. Drachonis etiam iecur uel lacerta diuulsa uel mus diuulsus iuuat.

185 recipe rute seminis, sulfuris, V recipe rute, semis sulphuris M 186 castorei aureum 1, confice cum  
melle ase fetide aureum 1, piretri, storace liquido, ana aureum 1 M .

Item uermes terreni triti et impositi. Idem, in libro XXXII<sup>o</sup>: ictibus scorpionum  
carnes fluuiatilium cancrorum resistunt cocte uel crude. Quidam ob id salsos conseruant  
205 et ipsis plagis imponunt. Item Auicenna, in II<sup>o</sup> *Canonis*: scorpionis morsui confert  
succus absinthii; fructus quoque mirti cum uino potus confert puncture illius. Item radix  
albe spine si masticetur et ponatur super puncturam scorpionis uenenum atrahit.

Oleum quoque balsami cum lacte bibitum confert. Et tunc auellana cum ficibus  
et ruta prodest. Similiter granum pini cum ficibus et dactylis. Item herba gentiana huic  
210 puncture est ultima medicina. Polium etiam confert. Et radix colocynthide super omnia  
ualet. Item emplastrum ex amomo cum becharog factum. Ad idem ex herba maiorana  
cum aceto fit emplastrum, uel mirra cum uino datur ad bibendum. Fit etiam emplastrum  
ex sale cum lini semine; ad idem confert scamonea bibita uel linita. Confert etiam furfur  
eidem puncture. Itemque calamentum siluestre. Mus quoque si scindatur et ponatur  
215 super huius puncturam sanat eam. Ad idem ualet lac ficuum. Lac quoque lactuce  
siluestris in potu datum, oleumque lauri cum uino et arob. Itemque lilium. Cancer  
fluuiialis confert scorpionum morsibus, emplastri more superpositus, aut comestus.  
Denique galbanum est tyriaca uenenis scorpionum. Idem, in IV<sup>o</sup> *Canonis*: scorpionis  
punctura curatur per canones communes et per euaporationem cum sale et milio et  
220 similibus.

*Contra morsum scorpionis.*

Scorpio secundum Plinium, si momorderit hominem putatur esse remedio cinis  
ipse scorpionis potatus in uino. Idem, in libro XXIX<sup>o</sup>: scorpio tritus ueneno stellionum  
aduersatur. Siquidem et ipse stellio, ut supradictum est, scorpionibus adeo contrarius est  
225 ut eis pauorem uisus eius inferat et torporem. Ipse quoque scorpio sue plage auxiliatur  
inpositus aut assus in cibo uel in potu sumptus. Item Auicenna, in II<sup>o</sup> *Canonis*: oleum  
scorpionum ualde confert doloribus aurium. Idem, in IV<sup>o</sup>: scorpio etiam ipse est  
emplastrum bonum ad scorpionem. Et iterum cauda eius. Et etiam planta que dicitur  
planta scorpionis, propter similitudinem quam habet cum eo. Idem in V<sup>o</sup>: scorpiones  
230 etiam in naturis suis contrarii sunt uenenis serpentium ac ceterorum reptilium  
uenenosorum.

225 torpore *M* 228 et item cauda eius *Cas*.



Itaque cinis scorpionum frangit lapides et facit eos in urina statim descendere.  
Item Dioscorides: scorpius etiam crudus, tritus et impositus percussure sue suorumque  
contrarius est. Item Constantinus: medicandum cum tiriaca maiore uel socrugene.  
235 Quibus unguendus erit ille locus. Det aristologie rotunde dragmam 1 et semis cum uino,  
bacas lauri similiter, butirum bouinum et mel bibatur. Cancros pistatos demus bibendos  
cum lacte asinino, mirram cum uino, agaricum idem facit. Radix croci ortolani uel  
frondes eius bibere cum uino dentur. Quidam medici dixerunt: dum infirmus hanc  
radicem in manibus tenuerit nullum dolorem sentit. Confectio quam Dyopantus fecit  
240 ualet ad morsus scorpionis: recipe aristologie dragmas 6; in opii dragmam 1 et semis,  
piretri dragmas 5; tempera cum uino et fac in modum fabae et da duas bibendas.

Aliam: recipe calamenti agrestis et domestici, piperis, mirte, rute pondus equale;  
tempera cum melle et da dragmam 1 bibere. Alter: recipe rute, semen eruce, piretri,  
storachie, sulphuris, ana, dragmas 9; castorei dragmas 3; fac puluerem, temperans cum  
245 sanguine testudinis et bibere da. Alter mitigans dolorem de morsu reptilium quam  
Diopantus dicit se probasse: recipe castorei, piperis albi, mirte, opii, pondus equale;  
tempera sicut diximus. Oportet dentur allia pistata cum uino comedenda. Bibat unum  
fortem, in balneo assuescat sudare. Auellane iuuant comeste uel facto modo  
cataplasmate. Dioscorides dixit: basilicon similiter ualere; sulphur raratum pistata et  
250 super imposita ualent; semen etiam lini ualeat; similiter maiorana pistata cum aceto et  
sale idem facit. Quidam medicorum dicunt quod si castoreum et allium pistes et cum  
oleo temperes et cataplasma facias, iuuat.

233 scorpio *Cas.* 234 Constantinus *M V omittit sicugine Cas.* 235 astrologie *V aristologie M* 237 faciat  
*Cas. facit M et V* 238 hanc radicem: hano radicem *Cas.* 242 alter *Cas.* 246 mirte: mirre *Cas.* 249  
cataplaste *Cas.* 250 ualet *Cas.* 251 quod si [accipiat] *litturatum V* allium et pistes *Cas* dicitur quia *Cas.*

*De serpentum natura.*

Serpens dicitur quod occultis accessibus serpit nec apertis passibus sed  
255 scamarum minutissimis nisibus repit. Illa autem que quattor pedibus utuntur, ut lacerte  
et stelliones, non serpentes, sed reptilia sunt quia uentre et pectore reptant. Quorum tot  
uenena, quot genera; tot pernices, quot species; tot dolores, quot colores habent,  
secundum Hisidorum libro XII<sup>o</sup>. Accidit autem serpentibus aliquibus sicut et pullis  
hirundinum. Si quis ei perforauerit oculum et excecauerit, reuertetur uisus, secundum  
260 Aristotelem, in *Libro de animalibus*. Item ex *Libro de natura rerum*: serpentes hyeme  
latent in saxis uel arboribus concauis ac sine cibo durant; uerno uero tempore prodeunt.

In frigiditate et nocturno tempore minus nocent; hyemali frigore in nodos  
torquentur; estate uero soluuntur et crescunt. Item Aristoteles: lingue serpentum subtiles  
sunt, longe, nigre, bifurce, id est, duos habentes aculeos; uidentur autem tres lingue  
265 propter celeritatem. Item Plinius libro XI<sup>o</sup>: si quis oculos sorbeat catulorum serpentis  
renasci eos tradunt, sicut et hirundinum pullis. Serpentibus et lacertis caude renascuntur  
amputate. Item ex *Libro de natura rerum*. Et *Physiologus* dicit expressius quod serpens  
abstinet quadraginta diebus et noctibus donec pellis eius relaxetur. Tunc ingreditur per  
locum petre strictissimum, et pellem ueterem dimittens renouatur. Cum autem ad  
270 fontem bibere uenit, uenenum in cubili deponit et sic bibit.

253-380 cfr. *De remedio generali anguium et aspidum*

251-383 I. Aeg., “De angue”, 472-488; “De aspide”, 1256-1258, “De anguium proprietatibus et  
naturis”, 1692-1710, “De timore anguium”, 1710; V.Bell., XII<sup>o</sup>, “De remediis contra bestias  
nocuias et serpentes” 1107 C, D, E; XX<sup>o</sup>, “De reptilibus in generali”, “De anathomia  
serpentium”, “De generatione ipsorum”, “De cibo eorum”, “De astutia ipsorum”, De uenenis  
eorum”, “De nocumentis ac remediis ipsorum”, “De multiplici uarietate ipsorum et nocumentis  
eorum”, “De monstruosis serpentibus”, “De his que contraria uel noxia sunt serpentibus”, “De  
medicinis ex serpentibus”, 1461-1462-1463-1464-1465-1466-1467-1468-1469-1470, “De  
anguibus” 1470 D, E- 1471 A, “De aspide” 1472- 1473- 1474, “De cerasta” 1475 D, E.

253 *omittit M* 254 autem secundum pentibus aliquibus *errat M* 261 In frigore *Cas*.

Item Plinius, Alexander et Ambrosius: serpens feniculi pastu cecitatem exceptam expellit. Auicenna, in II<sup>o</sup> *Canonum*: serpentes de cauernis post hyemen egredientes fricant oculos super feniculos ut illuminentur.

275 Item Plinius dicit: si tamen uerum est quod serpentis caput si cum duobus digitis euaserit, uiuit. Qua in re totum corpus obicit pro capite, ut idem dicit, et habetur in *Libro de natura rerum*. Item Plinius, libro VIII<sup>o</sup>: animalia quedam, ut serpentes, indigenis innoxia sunt, aduenas interimunt.

*De natura uenenorum serpentum et de remediis contra serpentes.*

280 Serpentium uenenum calidum quoddam frigidum et quoddam callidum est, secundum quosdam, ut infra in tractatu *De uenenis* dicitur. Qui mordentur nimium dolorem in illo loco paciuntur; postea uero dolor secedit ad totum corpus, secundum Constantinum in *Pantegni*, libro VIII<sup>o</sup>. In loco morsus duo foramina separata uidentur, quasi dentium illorum locus. Post ab ipsis humiditas quasi olei currit. Deinde humiditas fumosa. Et in circuitu loci est apostema calidum, quia habet ruborem, et liuorem ac  
285 uesicas. Et quasi ab igne combusti sint, corporis color mutatur. Abominationem et uomitum colere paciuntur et defectionem ac tremorem et frigidum sudorem. Caro comeditur et de membro in membrum corroditur. De gingiuis quoque sanguis effluit et stringitur. Item Auicenna, in IV<sup>o</sup> *Canonis*. Quidam extimauerunt uenenum serpentum et uiperarum esse frigidum, sed error est.

290 Item ex *Libro de natura rerum*: uenenum est mors homini et uita serpenti, unde cum aquas ingreditur uenenum deponit et exiens uenenum resummit. Quod si casu amissum uenenum inuenerit, caput terre frequenter allidens moritur pre dolore. Dicit autem Plinius quod nichil est aliud uenenum quam fel serpentum. Inde uero ad uenas sub spina et postmodum ad os peruenit uel ad caudam, ut in scorpionibus. Dicit autem  
295 Hisidorus quod uenenum nocet cum sanguinem attingit.

271 *Canonis Cas. fricat V 278-279* serpentium uenenum calidum est secundum quosdam, quoddam frigidum et quoddam, ut infra in tractatu *De uenenis* dicitur *V 279* mordetur *Cas. 290* resumunt *M*

Item ex *Libro de natura rerum*: qui ueneno interficitur primitus obrigescit, id est, orripilationem sentit; postquam autem uenenum nocet cum sanguinem attingit. Item ex *Libro de natura rerum*, fuerit calefactum hominem auiditate sitis interfecit. Terra serpentem, homine percusso, sicut Plinius dicit, amplius non recepit sed post paululum moriturus penas luit.

Idque serpens non plurime interimere potest quam unum solum, nisi salamandra tantum. Item Priscianus *Ad Cosdroe*: non omnibus animalibus reptilia nociua sunt. Nam sues et cerui serpentes comedunt et alii ab aliis inocue deuorantur. Multaque alia inuenire est quibusdam quidem salutaria, quibusdam autem nociua. Talemque ad se inuicem habitudinem habentia connaturalitatis et fuge. Item Auicenna in II<sup>o</sup> *Canonis*: serpentis puncture confert furfur superpositus emplastri more. Prodest etiam allium cum uino bibitum. Denique galbanum tiriaca est uenenis serpentium. Item planta que dicitur agnuscastus. Semen eius bibitum confert serpentium morsui usque ad horam sanationis egri a malitia ueneni.

Ex hiis autem que super puncturas uenenatorum liniuntur est petroleum cum butiro cocto uel castoreum cum oleo. Succus etiam porri quem aqua non tetigit. Et calamentum fluuiiale obtime uenenum atrahit et sulphur cum urina. Item gallus et gallina dum uiui scinduntur et cum eis punctura uel morsus emplastatur. Assidue quoque permutatur et administratur. Item Plinius, libro XVI<sup>o</sup>: fraxini folia, succo expressa, ad potum et utero imposita contra serpentes sunt opifera. Item serpentibus animalia quedam infesta sunt ut porci secundum Aristotelem, quia serpentes comedunt. Est etiam galy animal quod cum serpente pugnat, uerumptamen prius rutam comedit, quia serpenti contraria est et odor eius. Item est animal in Egipto quod cum uidet serpentem non pugnat cum eo quousque clamet adiutores et quia timet a morsu serpentis aquam intrat et postmodum arenam deinde cum serpente pugnat.

296 nocet cum sanguinem attingit. Item ex *Libro de natura rerum* *M omittit V.* 297 auidate *Cas.* 299 ideoque *Cas* 312 emplastur *Cas.* 313 permutatur: permatur *Cas.* 318-319 et quia timet a morsu serpentis aquam intrat et postmodum arenam deinde cum serpente pugnat.*M*

Item Plinius, libro VIII<sup>o</sup>: quorundam hominum odore qui Silli uocantur serpentes fugantur. Idem, in libro X<sup>o</sup>: cornu ceruini odore fugantur serpentes. Ceterum librat araneus se filo super caput serpentis sub umbra porrecte arboris. Tantaque uis cerebrum apprehendit ut serpens sub inde stridens uertigine rotata ne filum quidem rumpere aut  
325 fugere possit, ne finis ante mortem est

Idem, in libro XI<sup>o</sup>: locuste serpentes necant, cum libuerit singule faucibus eorum mordicus apprehensis. Item: elephantorum anima, id est flatus uel halitus serpentes extrahit aut urit.

Suibus serpentes in pabulo sunt que aliis uenena sunt. Vespe quoque uescuntur  
330 auide serpentibus, quo alimento mortiferos faciunt ictus. Idem, in libro XII<sup>o</sup>: apud gentes cedrosas est herba precipui odoris refecta inuictis serpentibus quarum ictu moriendum esset protinus. Galbanum de Syria sincerum, si uratur, eius odore serpentes fugantur. Idem, in libro XVI<sup>o</sup>: fraxini tanta uis contra serpentes extat, ut ne matutinas quidem, uel occidentales umbras quamuis longissime sint serpentes huius arboris  
335 attingant, sed procul ipsam fugiant. Experti prodimus si fronde illius giro circumcludat quis serpentem et ignem, in ignes potius quam in fraxinum fugere serpentem; mira nature benignitas priusquam prodeant fraxinum florere nec ante conditas folia dimittere. Denique eontra serpentes opifera sunt fraxini folia, succo expresso ad potum et utero imposita. Idem Hisidorus, in libro XII<sup>o</sup>: fertur et de serpente, quod hominem nudum non  
340 audet contingere.

Insilit autem in uestitum, secundum Plinium. Idem, in libro XVI<sup>o</sup>: lapis gagates incensus fugat serpentes. Idem, in libro XVII<sup>o</sup>: rafani semine macerato quisquis manus suas infecerit serpentes impune tractabit. Item: serpentes similiter interimunt rubi folia eidem superiecta, secundum Ambrosium. Sputum etiam hominis ieiuni si serpens  
345 gustauerit moritur. Itaque si sputo suo ieiunus homo terrenum interficit serpentem, merito et ieiunio serpentem interfecit spiritualem.

320 uocant *Cas.* 321 fugant *Cas.* fugantes serpentes 323serpens sub modo *Cas.* 325 libuerint *Cas.* 326 id est: id et *Cas.* 329 XII<sup>o</sup> *repetitur in M* 329-330 apud gentes: apregentes *Cas.* 342 inferecit *Cas.* 344 interfecit *Cas.*

Item Razy ubi supra: serpentes expelluntur si domus cum cornibus cerui uel unguulis capre, uel sulphure, uel galbano, uel pice, uel bdellio, uel lignis malorum granatorum, uel capillis humanis suffumigetur, uel si ex aqua in qua sal amoniacum  
350 dissolutus fuerit roretur. De hae etiam aqua si in eorum foraminibus mitatur fugiunt.

Item Auicenna, in II<sup>o</sup> Canonis: ex planta que dicitur agnuscastus facta fumigatio ei: eius folia fugant uenenosa. Item in IV<sup>o</sup> Canonis: ex illis etiam que fugant serpentes ex suffumigationibus sunt cornua cerui et radix lili et piretrum et sulphur. Sinapis quoque serpentem interficit. Et quando ponitur super semitas eius ab ipso refugit. Item  
355 serpentem occidit ieiuni sputum in os eius proiectum, proprieque quando summit in ore suo sal amoniacum.

Item Palladius, *De agricultura*, libro I<sup>o</sup>, serpentes proprie omni austeritate fugantur et nocentes spiritus innocua fumi graue olentis exagitat; uramus, galbanum, uel cerui cornua, uel radices lili, uel capre unguilas; hoc genere monstra noxia  
360 prohibentur. Item ex *Libro de natura rerum*: serpens hominem nudum fugit et etiam odorem bonum, ut dictum est. Croco plurimumque necatur. In Hibernia nullus serpens uiuere potest; sed nec aliquid uenenatum proiecta fuerit ilico moritur. In Syria angues non ledunt. In Lacedemonie monte hospites a scorpionibus non leduntur, indigenas autem interimunt.

365 *De uirtute serpentum*

Serpentis in carne est exsiccatio fortis et in cute etiam uehemens est, secundum Auicennam, in II<sup>o</sup> *Canonis*. Sed calefactio non est uehemens in carne eius. Caro femine melior est, cutis uero masculi proprietas carnis eius est quod ipsa facit penetrare superfluitates ad cutem. Ideoque comestio eius facit pediculos et corrumpit, unde  
370 cuidam accidit ex comestione eius exitura magna in collo. Quam cum aperuisset exiuit eius caro tota in pediculos conuersa. Item eius caro cum in usu habetur; prolongat uitam et confortat uirtutem et conseruat sensus ac iuuentutem.

348 granatorum: generatorum *Cas.* 357 innocentia *Cas.* 362 leduntur *M* 369-370 Quam [aperuisset exiuit eius exitura magna in collo quam] cum aperuisset exiuit eius caro tota *repetitur in M*

Confert autem lepre magnifice et allopitie caro et ius eius. Post extremitatum suarum projectionem prohibent augmentationem scrophularum. Et similiter eius cutis.

375 Hoc etiam conferet doloribus neruorum.

Item ius et caro eius confortant uisum. Cutis eius in uino cocta et in aure distillata sedat dolorem eius. Ex aceto quoque in quo cutis ipsa decoquitur ad dolorem dentium os colluitur. Item Dioscorides: tunica colubri in uino cocta dolori dentium medetur. Est etiam adiutorium oculorum, maxime tunica de uipera. Item Haly: corium serpentis si siccetur et teratur collirium ex eo factum acuit uisum. Idem cum aceto bulliatur et doloribus succurrit dentium.

380

De remediis contra serpentes habitum fuit supra in tractatu de anguibus et habebitur infra in tractatu de uenenis.

373 Hoc etiam conferunt *M* . 380 ex eo factum [ex eo ] acuit uisum *M*.

*Contra scinifices.*

385 Scinificum remedia sunt illa que supra in C littera sunt pretacta. Scribitur secundum quosdam per C simplex; secundum alios per S, uidelicet scinifex.

384-385 cfr. *Contra ciniffices*

382-384 V. Bell., XX°: "De cyniphe" 1548 C, D.

384 *Contra scinifes Cas. Contra cinifes M*



*Contra sirones.*

390 Syrones rodentes extremitates capillorum et ociones seu aratores manus ad prurimum et ad scalpendum pungentes destruunt huiuscemodi que sequuntur: accipe turiones mirte ac mirice et centrigalli et in aceto decoque usque ad spissitudinem. Et capite loco prius inunge capillos.

De hac materia require supra in C littera, de cimicibus, et in O, de ocionibus.

387-392 Cfr. *Contra cimices, Contra lendes, Contra ociones, Contra pediculos.*

387-392 V. Bell., XII<sup>o</sup>, “De cautela contra pediculos et pulices et muscas” 1107 C, D, E; “De sudore superfluo et pediculis”, 1305 A, B, C; XX<sup>o</sup>: “De pediculo”, 1543 E-1544 A, B; XX<sup>o</sup>: “De uermibus” 1497- 1503 A, B, C, D.

389 que sequitur *Cas.* que secuuntur *M*

*Contra stelliones.*

Stellio dicitur, secundum Hisidorum, XII<sup>o</sup> libro, quasi stellatus. Est enim tergo  
395 depictus quasi lucentibus in modum stellarum. Item *Glossa super parabolos*, XXX<sup>o</sup>  
capitulo: stellio non habet alas et ideo manibus nititur, etc. Item Radulphus *Super*  
*Leuiticum*: Stellio et lacerta sunt animalia infirma, malitiosa tamen et reptilia uenenata.  
Item ex *Libro de natura rerum*: stellionibus uenenum mortiferum est. Sed remedium  
400 contra illud fit ex tritis carnibus scorpionum. Fel eius in aqua tritum mustelas oculo  
quodam instinctu congregare dicitur. Hoc scorpioni maxime contrariatur seque inuicem  
odio naturali insequuntur.

Sed quia stellio maior est atque ualidior, hunc miro modo scorpio timet ita, ut eo  
uiso sudore profundatur, unde stellio pauorem infert scorpioni secundum Plinium, libro  
XXIX<sup>o</sup>, et torporem sudoris frigidi, unde et ipsum in oleo putrefaciunt uulneraque a  
405 scorpionibus facta perungunt Sed etiam tritus scorpio stellionum aduersatur ueneno sit  
et malum est stellionibus medicamentum. Nam eo mortuo, in uino qui biberit lentiginem  
faciem eius obducit; ob hoc unguento necant illum pelices forme insidiantes. Sed contra  
hoc est remedium oui luteum mel ac nitrum. Fel quoque stellionum in aqua tritum  
mustelas congregare dicitur. Idem, in libro XXX<sup>o</sup>: stellioni nichil in comicialibus  
410 morbis prefertur remedio. Cinis etiam ex ipso facta in aceto potus et tunica, quam exuit,  
potata confert. Item Auicenna, in II<sup>o</sup> *Canonis*: guaril, id est, stellio longam habet  
caudam et paruam caput et non est lacertus. Nam lacertus aut raro aut nunquam est nisi  
in ruribus. Caput etiam et corpus eius ab illo sunt diuersa. Sed fortasse proximus ei est  
in natura. Caro eius multum calida est. In ipso est uirtus extrahens surculos et spinas.

393-428 V. Bell, XX<sup>o</sup>: “De saura et stellione”, “De medicinis ex stellione”, 1495 E- 1496- 1497  
A

403 infert: infuerit *Cas.* 405 perungunt: pertingunt *M* 407 forme: formare *Cas* 409 congregare:  
agregare *Cas.* 411 potata: pota *Cas.*

- 415 Sanguis eius ualet albugini oculorum. Adeps eius fortiter inpingat. Caro quoque eius et proprie quasdam mulieres. Stercus eius, sicut et lacerti, ualet ad albuginem oculi. Confert etiam panno et lentiginibus et colorem efficit bonum. Idem quoque stercus tritum eradicat uerrucas. Contra uerrucas et dolorem dencium epar stellionis super molares corrosos positum sedat dolorem eorum. Idem, in IIII<sup>o</sup> *Canonis*: caro stellionis
- 420 mortificans est, quandoque cadit in uino et moritur in eo ac dissoluit fitque uinum illud sicut uenenum. Et ei qui bibit ipsum accidit uomitus et dolor stomachi. Stellio quando mordet dimittit in loco morsus sui dentes paruos, subtiles, nigros. Nec cessat dolere locus et prurire donec auferantur cum serra uel cutello transeunte super eos et eos assumentem et colligente. Quoniam autem eos extrahit oleum et cinis.
- 425 Deinde sugatur locus et ponatur in aqua calida. Quod si magnificetur dolor in morsu tiriaca rutele detur in potu. Item Haly: papyon, id est stellio, gradus si cum aceto et cicere coquatur artetice prodest manifeste. Fumus stellionis a facie lentigines extirpat. Et ab oculis albugines eliminat.

*Explicit sextus decimus tractatus.*

**Incipit uero septimus decimus tractatus contra tediosa et uenenosa que incipiunt ab hac littera T.**

De uenenosis ac tediosis que incipiunt ab hac littera T, septimus decimus tractatus.

5 *Contra tabanos.*

Tabanus uocatur uulgariter illud uolatile modicum quod latine dicitur *asylus*, et grece *oestrus*. Est autem animal uolatile, aculeatum et armentis suis aculeis permoleste, secundum Hisidorum XII<sup>o</sup>. Item Plinius, libro XI<sup>o</sup>: aliquando nascuntur in extremis fauis apes grandiores que ceteras fugant. Ostreus uocatur hoc malum et incubant modo  
10 gallinarum. Idem quod exclusum est primo uermiculus candidus uidetur iacens transuersus et adherens ita ut pascere uideatur. Multa siquidem insecta nascuntur aliter quam locuste atque in primis asilus insidet ex ore. Hic rafani folio primo uersatur, sole spissatur in magnitudinem mali cogitur. Inde paruus uermiculus oritur et triduo mox ut  
15 tantum mouetur. Ex ligno etiam tabani nascantur, cecitate moriuntur. Item ex *Libro de natura rerum*. Tabanus ipse est asilus de quo propheta Osee iuxta *Septuaginta interpretes* loquitur. Nam ubi legitur in editione nostra: *quasi uacca lasciuiens declinauit Israel, reperitur sicut uaccas asilo percussa, etc.*

5-18 V. Bell. XX<sup>o</sup>: “De tabano”, 1553 A, B.

3-4 septimus decimus tractatus *omittit* M 6 Dabanus V 7 oestrus V 13 ut: et *Cas.* 14 oruga: ruga V 15 nescantur *Cas.*

*De multiplici genere et natura talparum et remediis earundem.*

20 Talpa, secundum Hisidorum, dicta est de eo quod sit dampnata tenebris et  
perpetua cecitate. Est enim absque oculis. Semper terram fodit et humum egerit et  
radices frugum supina comedit. Quod Greci *afalata* uocant. Item Radulphus: talpa est  
animal cecum quod dicunt ex terra simul ac pluuiam creari. Item Aristoteles: animalia  
quedam habent habitacula sicut talpa etiam mures, formica et apes. Omnia animalia que  
25 sibi similia gignunt habent oculos preter talpam que priuata est oculis secundum quod  
apparet. Nam ipsa omnino non uidet. Sed et si quis sciderit in ea corium quod est super  
loca oculorum et inuestigauerit, inueniet oculorum loca et nigredinem eorum secundum  
dispositiones eorum.

Quare non accidisset ei occasio priuationis luminis nisi in principio partus  
30 propter fixationem cutis super oculos. Itaque genus talpe non habet uisum, quia non habet  
oculum manifestum. In Boecio loco qui dicitur Cohomonia inueniuntur talpe et in  
Labadakyn non inueniuntur omnino, quamuis loca sint propinqua intra se. Et si quis ad  
illam regionem ferat talpam non uacabit terram neque uiuet. Item Plinius, libro VIII<sup>o</sup>:  
talpe in Labedee Boecio illate solum ipsum fugiunt que iuxta mare Omeno arua tota  
35 subruunt. Quarum e pellibus cubicularia stragula uidimus adeo non religio quidem a  
portentis submouet delicias. Idem, in libro V<sup>o</sup>: talpa est animal quod obrutum terra tam  
dempso, uidelicet ac surdo nature elemento liquidius tamen audit quam homo, cum  
omnis uox in sublime tendat. Idem, in libro XI<sup>o</sup> quadrupedum talpis uisus non est,  
oculorum tamen effigies inest si quis pretentam detrahat membranam. Item, in libro  
40 XVII<sup>o</sup>: multi talpas amurca necant que arboribus nocent.

19-70 V. Bell., XX<sup>o</sup>: "De talpa", 1458 C, D, E- 1459-1460.

23 ex terra cecum *lituratum* cecum in *M*. 24 talpe et murum 26 sciuerit *Cas*. 30 habet *omittit M* 32  
Labadakun *Cas*. 34 talpanus V. Labedes *Cas*.

Item Palladius ubi supra: talpas Greci hoc modo persequuntur: nucem perforari iubent uel aliquod pomi genus soliditatis eiusdem ibique paleas et cedria cum sulphure sufficienter includi. Tunc omnes paruulos aditus ac reliqua talparum foramina diligenter obrui, unum quoque foramen quod amplius est reseruari. In cuius aditu nucem intus  
45 incensam sic poni ut ab una parte flatus possit accipere quod ab illa diffundat parte. Et sic impletis fumo cuniculis talpas uel fugere protinus uel necari.

Talpa, secundum Iorath, in *Libro de animalibus*, radicibus herbarum nutritur et ex illis per hiemen reuertitur. Cumque peruenerit ad lucem solis et aerem tunc moritur. Cum autem effoditur, si contra impetum uenti effoditur sentit ipsum qui effodit ac se  
50 occultat in terra. Item *Glossa super Leuiticum VI<sup>o</sup>*: de hiis que mouentur in terra inter immunda reputatur talpa, uidelicet animal cecum, de terra genitum. Item ex *Libro de natura rerum*: talpa est animal paruuum, nigrum et cecum, de terra genitum compluta et luculenta sed corrupta. Huius pellis multorum pilorum est et suauis ualde, sed citrinum colorem habet. In terra habitat. Vermium esca uiuit. In fame terram comedit. Aliquando  
55 uero terra siti arente egreditur. Sed quia cecum est ad locum unde exiit redire nescit, unde plerumque fit ut anticipatum occidatur. Licet autem ceca sit, habet tamen in ipso oculorum loco quamdam nigredinem et in medio eius pupilam oculorumque colorem ac dispositionem, sed corio tectam. In quo consideranda est prouidentia Creatoris qui bestiole in tenebris et in terre latibulis habitanti dedit oculos ad plenum formatos et  
60 tamen lumine priuatos, ut et utilitati uel necessitati satisfaceret et nature cecus omnimode non negaret. Licet autem terra tam densso ac surdo elemento obruta omni tamen animali liquidius audit. Quod in hoc utique magis mirum est quam omnis sermo in sublime; conscendit.

*De uirtutibus talparum.*

65 Talpa combusta et in puluere sparsa cum albugine oui super faciem remedium  
est contra lepram. Sanguis eius super caput pilis nudatum declinatur pilos redire cogit,  
ut dicitur. Item Auicenna: stercus talpe magni iuuamenti est ad curationem allopicie.  
Item Haly: sorices magri, id est talpe, si findantur et super scorpii percussione  
ponantur sanant. Item Auctor: fertur etiam quod cinis talpe combuste ualet contra  
70 fistulam, uidelicet ad eius putredinem consumendam.

*Contra puncturas tarantarum.*

Tarante serpentes sunt modici, secundum *Physiologum*, a quibus percussi  
anxietate moriuntur, nisi tiriaca subueniatur. Item contra puncturam tarante speciale est  
ut ponant due uel tres tarantas in oleo et computrescat hoc oleum. Omnes puncturas  
75 earum curat. Dicit etiam quod caro serpentis emplastrata super suum morsum uenenum  
in se cohibet. Idem fiat in aliis.

71-76 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De taranta et tortuca”, 1482 D, E- 1483 A, B.

75 eorum *addit Cas.* 76 *combibit Cas.*



*Quid sit testudo et de natura et uirtute ipsius.*

Testudo appellatur, secundum Hisidorum, libro XII<sup>o</sup>, pro eo quod tegimine teste  
in modum camere est opertus. Item Plinius, libro X<sup>o</sup>: morfous, quod est tercium aquile  
80 genus, testudines raptas frangit e sublimi iaciendo. Item Auctor: testudinis plura sunt  
genera, sed illa que in luto nascitur proprie testudo lucraria siue limax appellatur. Et hoc  
in genere uermium deputatur. Item, ex *Libro de natura rerum*: testudo uermis de  
corruptione graminum nascitur per excedens humidum et calidum tempus. Animal  
tardum est et multo sanguine crassum; harum alique rubee sunt, alie albe, alie nigre, alie  
85 crocee, secundum mutationes aeris et corruptiones.

Hec miro modo ex sputo quod lubricum est et crassum format sibi habitaculum  
ossee, uel potius marmoree substancie, mirabiliter testudinatum, quia calore solis  
paulatim durescit in lapidem. Cumque uolutabilis palustribus mensa sit, curare cum  
antidoto proprio se nouit herbarumque uires se scire ostendit.

90 Nam ut refert Ambrosius: uisceribus pasta serpentis cum serpens sibi uenenum  
aduertit, origano sibi medetur. Si uero sal super eam aliquis proiecerit fere tota liquescit  
in nichilum et uix de illa reperies aliud quam sagimem, quod utile est ad medelam. Item  
*Physiologus*: limax testudo in limo nascens terramque comedit. Quatuor habet cornua  
sed duo longiora. In reppendo cornua extendit sed quam cito tangitur cornua retrahit et  
95 se ipsam in se flectit. Hyeme latet, in uere prodit. Sanguis eius poros claudit et ne pili  
crescant efficaciter inpedit. Confracta et contrita in quibusdam uulneribus sanat  
apostema.

87-126 V. Bell., XVII, "De testudine marina" 1315; "De testudine" 1554 D, E- 1555 A, B, C, D.

77 titulum repetitur in margine in M 80 iacendo Cas. Actor V plurima Cas. 83 perexcedens Cas.  
humiditas Cas. 86 hoc Cas. marmores Cas. 89 nouit: mouit Cas. 92 sagimum Cas.

*De multiplici genere testudinum.*

Testudinum quatuor sunt genera, secundum Hisidorum, scilicet terrestres,  
100 maritimi, lucani, id est in ceno et paludibus uiuentes, et fluuiatiles, scilicet, que in aqua  
dulci uiuunt. Tradunt aliqui quod incredibile est tardius ire nauigia dextrum pedem  
testudinis uehementia. Testudo uisceribus pasta serpentis omnem uenenum aduertit sibi sub  
repper. Origano medicinam sue salutis exercet. Item Plinius, libro XXXII<sup>o</sup>: sunt  
testudinum genera terrestres, marine, lucane et que aqua dulci uiuunt. Terrestrium  
105 carnes contra uenena salutare produntur; plurime sunt in Affrica. Iste amputatus capite  
pedibus que pro antidoto dari dicuntur. Et iure in cibo sumpto strumas discurre et  
lienes tollere atque morbos conuiciales. Sanguis earum claritatem uisus facit et contra  
araneorum ac similium et ranarum uenena auxiliatur. Fel testudinum cum atrito melle  
prodest scorpionum plage stillari. Tegumenti cinis uino et oleo subactus pedum rimas et  
110 ulcera sanat.

Scame e summa parte de rase et in potu date uermes cohibent. Quod eo magis  
mirum est quia totius tegumenti farina traditur libidinem accendere. Marinarum carnes  
sorbentur in stomachi doloribus. Admixte ranarum carnibus contra salamandras preclare  
auxiliantur. Sanguine autem allopeciarum inanitas et prurigo omniaque capitis ulcera  
115 curantur. Instillatur etiam dolori aurium cum lacte mulierum. Aduersus morbos  
conuiciales manditur cum polline flumentis. Fel testudinum claritatem facit oculorum;  
cicatrices extenuat, consillas sedat et anguina et omnia oris uicia; ualet et contra  
salamandas testudo lutaria, lata et incurua est, ingrata uisu. Ex hac tamen aliqua  
contingunt auxilia.

120 Carnes eius usum habent contra paralysim et articulares morbos. Fel uero  
pituitas extrahit sanguinemque uiciarum. Sistitur ab eo remedio aluus, aque frigide potu.

100 que: qui *Cas* 101 incredibili *Cas.* 103 uehementia *Cas. et M.* 106 strumas: strumes *Cas.* 108 ac: et  
*Cas.* 119 contingit *Cas.* 120 carnes eius uisum *errat M*

125 Quarti generis testudinum, scilicet que sunt in annibus de mulsarum pinguia, quartanis ualere dicuntur. Sanguis instillatus cerebro capitis dolores sedat inter strumas. Item Palladius ubi supra: ut olea animalia infesta non generent, in corio testudinis omnia semina qua sparsurus es sicca, uelut mentam locis pluribus maxime inter caules sere. Porro contra limaces uel amurcam recentem uel ex cauernis fuliginem sparge.

123 quartane *in margine V* 125 siccantur *Cas.*

*Quid sit tineas, et de quo fiat, et de remedio contra ipsam.*

Tinea, secundum Hisidorum, est uestimentorum uermis. Nominatur autem sic eo quod teneat et tandiu insideat quousque erodat. Item ex *Libro de natura rerum*: tineas est uermis ex aere corrupto in uestibus est humore marcido qui in lana earum est procreatus, adeo quod insidet ut eas erodat. Item Plinius, libro XI<sup>o</sup>: puluis tineas creat in lanis et uestibus precipue si una includatur aranea. Sitit enim et omnem absorbens humorem ampliatur ariditatem. Hoc et in cartis nascitur. Idem, in libro XXVIII<sup>o</sup>: tinearum genera pellit cornu ceruino cinis. Item *Glossa Canonis* Auicenne: pannos a tineas prohibet absinthium. Similiter calamentum et etiam cortices citri.

127-135 V. Bell, XX<sup>o</sup>: "De tineas", 1555 D, E.

127 de remediis M 129 erodit V expunctatum 130 aerem M 134 Glossa omittit M

<Contra tirum>

Tirus est serpens, ultra mare in partibus Iherico circa solitudinem Iordanis ut habetur ex *Libro de natura rerum*: infestus auibus et animalibus maximeque ouis auium que cum ipsis auibus comedit. Hic secundum Arislotelem, ubicumque nidum inuenit  
140 pullos comedit et oua transglutit Est autem in Ethiopia dracho ex quo generatur tirus. Et ex illo excipitur. Deinde constringitur donec preueniat illud quod transglutitur ad inferius quia stomachus eius est subtilis et paruus.

Multa quidem animalia sanguinem habentia se abscondunt ut tirus et lacertulus. Illorumque animalium que in cauernis latent; quedam eiciunt senectutem que scilicet  
145 habent corium subtile non testeum. Tirus autem prius corium quod est inter oculos expoliat, itaque qui cognoscit hoc accidens tirum esse cecum putat. Deinde capitis corium aufert totum usque caudam in uno die et una nocte. Suaque spoliatio est sicut embrionis exitus quando funditur ab eo tela. Est in terra Ethiopie dracho ex quo generat tirus, ut dictum est supra, et ex illo excipitur entichon contra cuius uenenum non est  
150 medicina. Inuenitur et tirus quidam dictus a quibusdam haluem quem fugiunt serpentes magni. Quantitas eius est quasi cubitus et habet pilos super totum corpus. Cumque mordet aliquid omnia subito que sunt in circuitu morsus putrefacit.

Inuenitur etiam paruus tirus et India cuius morsus est ita fortis ut non inueniatur contra ipsum medicina. Tyrus et uulpes amicanter inter se. Amboque manent in cauernis  
155 terre. Animalia quedam pedibus carent et animal generat ut tirus et celety.

136-228 V. Bell., XX°: “De tyro”, “De tyro carnibus et tyriace”, 1483 C, D, E- 1484- 1485 A

137 Iherico legit inhabitatio Cas 144 que in cauernis latent in margine V omittit que M illorum Cas. que omittit 145 post habent [caute est] expunctuatum in M.. 145 146 deinde: denique Cas. 149 excipiatur Cas. 152 omni Cas. 155 generant Cas.

Tirus siquidem animal generat sed prius suo interiori ouat. Deinde ex illo  
efficitur animal interius etiam nunquam exeat. Huius carnes confecte cum quibusdam  
admixtis omne toxicum expellunt. Quam confectionem tiriacam dicunt ut habetur ex  
*Libro de natura rerum*. Ferunt autem non nulli hunc ante passionem Christi nullum  
160 habuisse remedium maximeque fuisse hominibus infestum. Ipsa uero die passionis  
unum ex eis infestissimus circa partes Iherusalem casu fuisse comprehensum et ad  
Christi latus fuisse in cruce suspensum atque ex illa die totum illud serpentis genus  
accepisse uirtutem contra omne uenenum.

Tamen contra uenenum ipsius tiri quod tiron dicitur tiriaca nichil ualet. Et hoc  
165 ueneni genus, id est tiriacen, quod est inremediabile malum, accipit dracho de ipso tiro.  
Tirus senectute confectus hoc modo pellem suam deponit: excoriat prius corium quod  
inter oculos est ita ut si nescias bestiam cecam putes, ut dictum est. Deinde corium  
capitis aufert. Quo facto reliqua parte corporis facilius spoliatur et cum spoliatus fuerit  
habet modum et formam embrionis. Tirus ouat intus et antequam egrediatur, fit animal  
170 et generat sibi simile. Item Alchides, in *Libro de uenenis*: uenenum tiri serpentis  
aliorum uenena expellit. Item Rasi: contra morsum tiri serpentis dragme 3 aceti fortis  
calidi, et est fortis operis ualde.

Item Constantinus ubi supra: tirie uenenum calidum est, et qui ab ea mordetur  
dolorem nimium loco morsure patitur. Et cetera que de serpentium uenenis in generali  
175 dicta sunt supra. Est autem tyria que uocatur esinus, cuius collum sursum erigitur et  
extenditur et de ore sanguis sputatur. Et plaga quam morsu facit parua, minus est quasi  
acus perforatio parumque sanguinis ab ipsa effluit nec apostema uel tumorem facit. Qui  
autem ab ea mordentur obscuritatem uisus paciuntur et dolorem.

Tocius corporis sensus perditur nec euadunt ab ea morsi. Est et tiria que uocatur  
180 pithras, parua quidem, sed colli latioris. Que si quem momorderit molliciem in carne  
sicut ydropisis facit et caro eius ex humiditate cadit.

161-162 comprehensum et ad Christi latus fuisse *in margine V* 167 cecam *repetitur in M* 168 expoliatum  
*M* 171 dragme 5 *Cas.* 175-176. et extenditur *M et V*: ex extenditur *Cas.* 179 Et est *Cas.*

*De natura et uirtute tiriarum et de remediis contra morsus earumdem.*

Tyriarum carnes, secundum Haly, que capte sunt in locis laudabilibus ac uernis temporibus, postquam incidens a parte capitis et caude longitudinem quattuor digitorum, uenena desiccant ab omnibus superfluitatibus interiora, membra purgant, ad exteriora corporis educunt ac per sudorem acute dissoluunt; prosunt etiam humoribus grossis ex quibus fiunt lepra, et morphee et elephantia morsuique uenenosorum ac letalibus medentur pocionibus. Item *Physiologus*: tiri uenenum propter leuitatem sui facile petit extrema, scilicet, caput et caudam, unde, capite et cauda abscisis quattuor digitis, considerata tamen longitudine, illud quod medium est optime leuatur et bene decoquitur quousque spine possint separari. Quibus abiectis teritur et inde trocisci formantur.

Item Auctor: tyrus idem esse fertur quod uipera. Nam et auctores in medicina loquentes de carne serpentina uel tiriaca conficienda, raro uel nunquam de tiro sub hoc nomine faciunt mentionem, sed de uipera; a tiro uero dcnominatiue dicitur tiriaca. Item Hisidorus, libro XIV<sup>o</sup>: tiriaca est antidotum serpentium quo uenena pelluntur ut peste pestis soluantur. Item Auicenna, in V<sup>o</sup> *Canonis*: tiriaca, affarath id est, a morte liberans, subtilior est et melior medicinarum compositarum, propter multitudinem sui iuuamenti proprieque in uenenis que sunt ex puncturis uel morsibus ut serpentum et scorpionis et canis rabiosi, uenenis et bibitis interficientibus ad egritudines quoque fleumaticas, et melancolicas et febres earum, atque uentositates malignas, et ad paralysim, et apoplexiam, et epilepsiam, et torturam ac tremorem, et maniam et proprie ad lepram.

Confortat etiam cor et stomachum et accuit uisus et appetitus; alleuiat hanelitum el dolet pulsus cordis et retinet sputum sanguinis. Confert doloribus contra lapidem, renum ac uesice et ulceribus intestinorum; frangit lapidem in uesica proprie. Valet etiam ad durities intrinsecas in epate et splene et in aliis. Item ex *Libro de natura rerum*: tiriaca cum ex tiri carnibus admixtis quibusdam sit confecta, omne aliud uenenum extinguit; sed contra uenenum ipsius tiri nichil prodest.

186 educit *Cas.* 189 scilicet : id est 179 Et est *Cas.* 191 quosque *Cas.* 200 malignes 201 epilepsiam V ac tremorem: et tremorem *Castro* 202 *V errat uerbum* uisus et scribit *sensus* contra lapidem *in margine* V uisus *M* 203 sputum *omittit M*

Item Constantinus, in VIII<sup>o</sup> *Libro uiatici*: quem tiria momorderit in initio in albedinem mutatur color et tumescit. Locus morsure nimium apparet quasi incensio  
210 ignis, paciens deficit stupescit, sudor fugescit; stranguria, tortura uentris, uomitus coloricus subsequuntur. Et nisi succurrantur cito cor incenditur et periclitatur.

Incipiendum est a medicina ut loca morsure stricte ligentur ne uenenum uenas perforet ad membra principalia. Post ore sugantur; suggens sit satur et os eius cum uino et oleo lauetur. Locus tactus cum spongia calida suffumigetur nimisque scarificetur ut  
215 uenenum egrediatur. Vtilis autem est incisio loci illius si in loco sit qui incidi possit, sicut in digitis et similibus locis. Detur et de tiriaca maiori ut sanguinem dissoluat et coagulari prohibat quia uenenum sanguinem cordis coagulat sicut et coagulum lac. Sed calore tiriace et in expellendo confortat sicut et flamma ignis in expulsione fumi.

Quod si tiriaca non inueneris demus succum de frondibus mali cum uino cocto  
220 mixtis uel aqua ubi stercus agninum coctum sit, uel dragmam 1 et semis. Detur de turbit cum lacte pecudis et succis de frondibus mirte et succis sansuci ana libre semis, genciane dragmas quinque, costi dragmas 1 et semis. Omnia coquantur ad mediam et dentur bibenda uel detur cerebrum galline cum uino et semine caulium. Manducet cepas, porros, allia et similia. Item iuuat pullus galline ficxe per medium et loco inde  
225 fumigato. Similiter squilla in aceto cocta et frondes mali pistate et superposite. Item ficus et allia pistata. Confectionem hanc Galienus iuuare confirmat: recipe serapinos piperis, asa, oppoponaci, ana dragmas 2; galbani, sulphuris, ana dragmam 1; tempera cum uino et superpone.

209 nimius *Cas.* 216 digitibus *errat M.* 220-222 Detur de turbit cum lacte pecudis et succis de frondibus mirte et succis sansuci ana libre semis, genciane dragmas quinque, costi dragmas 1 et semis *omittit Cas*  
228 suppose *M*



<De tortuca>

230 Tortucam de genere serpentum, ut habetur ex *Libro de natura rerum*, quidam esse uolunt; ueneno in uita caret sed nequaquam post mortem.. Nam rines eius, ut dicit Ambrosius, si quis post mortem nuto pede calcauerit ueneno statim interficitur. Est autem dracho pedum, caput habens ut bufo, caudam ut scorpio. Duobus scutis durissimis quasi testis tegitur. Quibus adeo se induit ut difficulter etiam ualidissimis  
235 ictibus perimi posset. Ouat ut gallina, sed oua eius ad comendendum sunt nociua. Tortuca femina, ut dicitur Aristoteles, non habet nisi unam uiam exitus superfluitatis, quamuis habeat uesicam contra omnium animalium naturam habentium ut plumas, aut scamas, aut corticem. Nam ista omnia non habent uesicam.

Item Auctor: tortuca dicitur etiam testudo quia teste tegiminibus adoperta est in  
240 camere modum. Harum plurime sunt aquatice, de quibus iam dictum est. Quedam uero terrestres que et siluestres dicuntur. Nec sunt uenenose sed ab omnibus comeduntur. Item Aristoteles: tortuca est animal quadrupes habens, linguam et pulmonem ac debilem uocem habet, pulmonem paruum et siccum; nec sitit, sed abstinet se longo tempore. Epar habet malum ualde, quia corpus eius est complexionis male. Habet uesicam et facit  
245 oua completa.

Animal autem quadrupes ouans, habet instrumenta sensus ut os, nasum, et auriculas, que non sunt nisi uie tantum propter cutis durtiem. Quod manifestum est in tortuca et in serpentibus magnis et in cocodrillis. Iterum animalia in cauernis latentia non eiciunt senectutem, nec ea que corium habet subtile, nec testium ut tortuca. Nam et ipsa  
250 manet in cauernis. Animal plumam aut scamas, aut corticem habens non habet uesicam propter paucitatem potus

230-262, XX°: “De taranta et tortuca” 1482 D, E- 1483 A, B

229 *Cas.* 232 nolunt *Cas.* . 232 nuto pere *Cas* iusto pede *M* et *V* 239 adopta *Cas.* 240 dictum et *Cas.* 249 non testium *M*

Et quia superfluitas aque transit in plumas et alia, preter tortucam, quia pulmo  
tortuce maxime carnosus est sanguineus quasi similis pulmoni uace. Tortuca cum  
comederit uiperam, comedit origanum agreste cuius locum antea, signat eiusque  
255 radicem eradicat. Cum autem uenit et radicem non inuenit, moritur.

Item Ambrosius: testudo uisceribus hausta serpentis cum uenenum aduerterit,  
origano sibi semper medicinam exercet salutis. Item Auicenna in II<sup>o</sup> *Canonis*: sanguis  
testudinis siluestris sanat epilepsiam cum uino. Fel eius disillatus in nares  
epilepticorum et odoris eius cum naribus attractio confert epileptico. Ad prefocationem  
260 quoque palatum eo linitur cum melle. Ouum eius ualet ad tussim infantium. Eiusque fel  
ad scrofulas uale illinitum.

<Explicit septimus decimus tractatus>

252 quasi *errat* quia *M* 257-258 contra epilepticus *in margine V*

**<Incipit uero decimus octauus tractatus contra uenena et animalia uenenosa que incipiunt ab hac littera V.>**

*De uenenorum sufficienti distinctione.*

Venenorum et uenosorum generaliter tractatum breuiloquium conpingentes,  
5 primo texetur et ordinabitur generalis distinctio uenenorum. Secundo subscribentur  
signa generalia et eorumque mortalia. Tercio cura generalis uenenorum intrinsecus  
receptorum et de cautelis ad precauendum. Quarto uenenorum particularium distinctio  
generalis. Quinto uenenorum extrinsecorum distinctio et cura generalis. De aliis  
particularibus singulatim uel dictum fuit uel dicitur secundum ordinem alphabeti.

10 *De uenenorum natura et eorum multiplici specie.*

Venena quedam sunt de genere rerum interficientium et destruentium  
complexionem et compositionem et interdum inducentium solutionem continuitatis,  
unde infirmitates que accidunt ex uenenis sunt de egritudinibus communibus et non  
propriis. Sed interdum fiunt propter exterius, adueniens sicut ex morsu uenosorum  
15 animalium et punctura eorum. Venosorum uero quedam sunt intrinseca que per cibum  
uel potum interius recipiuntur. Quedam uero sunt extrinseca que ueniunt exterius ex  
morsu uel punctura toxicorum animalium. Et serpens ueneni cuiuslibet sunt due,  
secundum Auicennam: aut enim faciunt operationem suam per qualitatem seu  
complexionem tantum. Aut faciunt operationem per uirtutem fluentem a tota specie, id  
20 est cum tota substantia et forma. Si faciunt operationem per suam qualitatem tantum seu  
complexionem, aut faciunt per caliditatem, aut per frigiditatem .

1-237 V. Bell., XII<sup>o</sup>, “De cautela contra uenenum”, 1107 E- 1108 A, B, C- “De cura ueneni”  
1153 D, E; XIV<sup>o</sup>, “De morsibus et puncturis uenenatorum”, 1309 D, E; “De diuersis speciebus  
uenenorum”, 1310 A, B, C, D. Cfr. Auic., IV<sup>o</sup>, “De uenenis”, fen 6, tractatus primus.

1-2 Cas. 7 uenosorum Cas. uenenorum *M et V* 9 singillatim *V*. 13 et *repetitur V* 16 intrinseca que per  
cibum *repetitur in Cas.* 17 uel: siue *M*

Per caliditatem duobus modis. Quia aut erit calefaciens et corrodens, uel putrefaciens et  
corrumpens et sic interficiens, ut lepus marinus. Aut calefaciens et inflamans ut  
euforbium et elleborus. Similiter duobus modis uenenum frigidum operatur; aut  
25 stupefaciendo aut infrigidando, sicut opium. Aut opilando uias hanelitus, sicut plumbum  
ustum. Quod autem operatur a tota specie est deterius et citius interficiens; cuius  
exemplum est napellus et gummi eius. Et fel leopardi et uenenum tiri serpentis. Et  
sciendum quod nocumentum quod operatur ex uenenis frigidis narcoticis interdum est  
debilius, interdum fortius. Cum enim cor fuerit calidius resistens eis, eorum effectus est  
30 debilius et ita in calidioribus nocumentum minus ex parte. Cumque caliditas uincens  
super arterias fortius attrahit illud, fit ex eis nocumentum fortius et maxime apud horas  
constrictionis arteriarum.

Similiter est de ueneno calido. Quia cor calidus fortius resistit ei et resoluit eum.  
Et in quantum arterie attrahunt illud fit nocumentum fortius. Propter illud dicit Galenus  
35 quod napellus interficit homines et non turdos, et hoc propter stricturam membrorum.  
Sed in hominibus uelociter peruenit ad cor propter amplitudinem meatuum, uirtus autem  
fluens a tota specie ueneni, sicut respicit materiam quam corrumpit sic signatam  
materiam a qua patitur. Refert tamen Auicenna quod anus quedam assuefacta fuit ad  
usum napelli sumendo in principio rem paruam de napellis donec sic assuefacta est ad  
40 esum napelli quod non nocuit ei. Et Rufus dicit quod puella quedam nutrita fuit cum  
uenenis ut interficerent per eam reges qui cum ea coirent. Et peruenit ad tantam  
dispositionem in uenenositate ut saliuam eius interficeret animalia cum ad eam  
apropinquarent.

Et aliqui inueniuntur dixisse quod uenenum quoddam est calidum, et quoddam  
45 frigidum et quoddam siccum, et quoddam humidum. Et quod uenenum quoddam  
humidum sit, probatur per exemplum Galieni de quodam quem serpens momorderit in  
sompno. Cum autem a sompno debuit excitari et tractus esset per manum, remansit caro

22 calitatem -di in margine V 29 calidius M calidus V est superscriptum: sunt V expunctatum 36  
autem: aut Cas. 38 materiam quam corrumpit sic signatam in margine V signatam materiam quam  
corrumpit sic Cas.

corrupta et putrefacta super terram et ossa denudata abstracta apparuerunt, unde ex putrefactione occulta et facili solutione probat uenenum esse humidum. Et ex hoc  
50 genere, secundum aliquos, uidetur esse argentum uiuum quod solum humidum in quarto, secundum quosdam, esse prohibetur. Quoddam autem siccum esse probatur per hoc quod exsiccando et dissipando interficit.

Et in genere ueneni calidi, secundum Isaac, est uenenum tiri. Et ex genere ueneni frigidi est uenenum aranee et scorpionis. Et quemadmodum uenenum calidum resouit  
55 humiditatem cordis et dispergit calorem et spiritus in aduentu ipsius, sic uenenum frigidi coagulat humiditatem et congelat in ipso spiritus. Et signum eius est quod mortuis ex ueneno inuenitur sanguis coagulatus circa cor et in ipso corde. Venenosa quedam interficiunt statim infra tres horas. Quedam non statim, sed post tres dies; quedam post annum; quedam medio modo. Et de primo modo sunt basiliscus, armaria, aspis surda  
60 expuens quia sputo interficit. Et regulus, ut alibi fuit dictum. Et est regulus serpens in Nubia duarum palmarum adurendo interficiens per loca per que transit, unde circa foramen suum herbe non crescunt.

Et interficit aues sibi oppositas uisu. Et acutum caput habet et est uiridis coloris. El uisu interficit et auditu, quia audiens sibilum ipsius moritur. Et interficit etiam per  
65 contactum alicuius medii, sicut dicit Auicenna, quia miles tetigit cum lancea et mortuus cecidit. Et talium non est cura propria nisi statim abscindatur membrum tactum uel aduratur si est possibile cui accidit. Dicte sunt species ueneni in genere a tota specie aut a uirtute complexiua, calida uel frigida. Et forte auctores non rememorati sunt ueneni sicci aut humidi, quia siccum calidum sequitur, et humidum frigidum. Aut quia cura  
70 eadem aut similis esse uidetur.

Dicunt igitur quod uenenum quod a tota specie est uenenum in quacumque paruitate sumptum ita etiam ut sensum subterfugiat, interficit. Quod arbitrantur quidam

ex eo accidere quod uenenum a uirtute attractiua attrahitur ad uenas et arterias et sic  
peruenit ad cor. Et interdum deficit; sed dicunt quod uenenum quod est a tota substantia  
75 uenenum, cum interius sumitur quamlibet humiditatem sibi obuiantem conuertit in  
naturam ueneni, et sic augmentatur materia uenenosa donec quantitate sua interficiat.  
Sed hoc utrum a tractatu cordis uel alio modo prolixioris est inquisitionis.

*De signis uenenosorum cognoscendis.*

Uterius ad signa uenenosorum cognoscenda, generaliter properandum est, ut  
80 tandem de singulis signa singularia et curas similiter generales et speciales ordine debito  
aduocemus. Signa uenenorum in corpore sunt mordicatio et puncture, incisio et  
calectio et punctiones in stomacho, et intestinis, torsiones et rugitus, et nausea et  
uomitus. Et quandoque subito frigescunt et subito calescunt et deficiunt et sincopizant.  
Et quandoque resoluuntur in calidum sudorem; quandoque in frigidum subito et de uno  
85 colore mutantur in alium. Et aliquando tepescit et fastidit paciens omnia. Signa uero  
sunt hec omnia aut quedam ueneni corrodentis et putrefacientis, ut arsenicum et  
argentum uiuum. Cum ergo euenit natura huius dispositionis quasi inflamatio  
uehemens, et multitudo sudoris, et rubor oculorum, et angustia, et sitis, significatur quod  
uenenum est calidum, sed non putrefaciens, ut euforbium.

90 Si autem accidit alicui profunditas sopni, et stupor et frigiditas et alia signa  
preter arsuras et punctiones, signum est ueneni frigidi narcotici, ut est opium. Si autem  
contingat casus uirtutis et sudor frigidus et sincopis, signum est quod uenenum est a tota  
substantia ut est napellus. Quandoque autem cognoscitur species ueneni odore totius  
corporis. Interdum ex odore oris tantum. Cum alteratur uenenum intra corpus, pars eius  
95 ponitur in uaporem, qui egrediens ad exteriora reddit odorem ueneni cum non alterari  
omnino possit. Interdum autem uomitur per os et cognoscitur per saporem et odorem.  
Sunt autem iste dispositiones per quas cognoscimus quod non sit euasio post uenenum  
sumptum.

73 atthaitur *Cas* 74 ad cor superscriptum V 90 alicut *Cas*. 92 contigat *Cas*.

Et est prima cognitio quia accidit infirmo sincopis, sudor frigidus et semiclausio  
100 oculorum. Et tunc non speratur salus, ut dicit Auicenna. Alia est dispositio, scilicet, quia  
rubent oculi, egreditur lingua, cadit pulsus, fit sudor frigidus. Et hec dispositio  
significatiua est mortis minus tamen mala priore. Item cum assumitur uenenum in  
corpore per potum aut cibum et cognoscitur per arsuram, erectionem, spasmus,  
tumorem in digito uel ungue, tunc mortale est. Similiter si saliu effluit et labia  
105 formicauerint et in lingua fuerit ardor et durities in dentibus. Et si ad stomachum uenit,  
gemunt angustiose, sudant, uomunt, inflamantur, colores mutantur, rugit uenter et arsura  
est in precordiis et oculi obtenebrauerint, oportet succurrere alioquin moriuntur.

*De uenenorum intrinsecorum cura.*

Veneri assumpti intra cura hec est. Verumptamen ad precauenda uenena oportet  
110 uti cautelis quas inserimus ante curas. Oportet enim illum qui timet toxicari duplici uti  
regimine. Et primum est defensio cum cautela; secundum est destructio cum uirtute. Et  
defensio cum cautela est ut ante usum cibariorum utatur rebus resistentibus et  
discernentibus tamen ante se positis, ut sunt lapides preciosi, excellentis uirtutis, et  
cornu serpentis quod sudat in aduentu ueneni. Caueat etiam ne accipiat contraria aut  
115 dissimilia in cibus diuersorum saporum. Et uitet abhominabilia et fetentia. Et si  
consuetus est ante cibum potare aquam frigidam contrarios sapes discernet in cibus.

Castanee cum ficubus siccis, et ruta, et auellane ante cibum, et nuces uirides cum  
ruta et calamentum cum uino preseruant. Similiter confectio que recipit baccarum lauri,  
terre sigillate, ana dragmas tres. Da cum dragmis tribus mellicrati in modum auellane  
120 uenenum adueniens expellit. Similiter sanguis leporinus ante cibum confert potatus, post  
uenenum paruum. Quod si uenenum fuerit assumptum, quod per signa dicta  
manifestatur, si sciri poterit cuius fuerit qualitatis, citius ei occurreretur.

105 et in dentibus V 115 in cibus Cas. 118 confectio *omittit M*

. Statim debet prouocari uomitus et in uomitu sapor ipsius percipietur aut ipsius  
liquore. Quia si unctuosus fuerit et abhominabilis odoris rana marina fuit uel lepus  
125 marinus. Si coagulatur sanguis est bouinus. Opium fetore discernitur colore cerusa uel  
gypsum.

Incitetur igitur uomitus cum oleo et aqua calida, uel melle, uel oleo et aqua de  
aneto. Quod si arsura et dolor cessauerit propter uomitum certificatur mundificatio  
stomachi. Tunc detur lac uel serum, uel detur tiriaca cum uino decoctionis rute, uel aliud  
130 competens. Nutriatur rebus calidis et unctuosis sicut ficibus, auellanis, uuis passis, iure  
galli, agni annualis, eduli, piscibus grossis. Et si ardeant intestina purgetur uel  
clisterizetur; post bibat ius galli cocti ad dissolutionem; balsamum detur cum lacte  
mulieris; arsuram enim et dolorem remouet. Similiter tiriaca maior. Et hoc facit tribus  
135 modis, aut resoluendo uenenum et ponendo fumum et uaporem; item expellit a  
principalibus membris; item membra principalia ea confortantur, unde melius expellunt;  
unde ualet contra uenenum potatum et contra morsus. Et etiam accepturum defendit.

Si est punctura ponatur super uulnus et primo datur tiriaca uel metridatum eius  
uicaria. Cum autem ponitur supra uulnus cum exiccata fuerit ponatur alia. Tiriaca bona  
data galline interficit eam. Et si datur lactucella curatur. Quantum enim tiriaca desiccet,  
140 tantum lactucella humectat. Septem autem sunt que dicuntur equipollere tiriace, scilicet,  
herba perforata, uicetoxicum, enula, rafanus, diptanus, cornu cerui combustum,  
aristologia longa et rotunda, lactucella uenenum destruit. Lac autem asine multum ualet  
contra uenenum. Similiter testiculi ursini et arietini comesti. Similiter os de corde cerui.

123 *repetitur debet in Cas.* 125 *discernitur Cas* 128 *dolus M* 131 *edulibus Cas.* 133 *dolus remouet M*  
139 *tamen lactucella Cas.* 140 *equippollentes Cas.*



Oportet autem ut in specie ueneni cuiusmodi est toxicum napelli et similia ut non  
145 moretur medicus donec uenenum perambulet in toto corpore et eius corrumpat  
humiditates. Venena que sunt in uirtute compressiua nec cum uelocitate interficiunt, ut  
dictum est, uerumptamen utrorumque cura est uomitus. Et sit leuis uomica medicina que  
iuuet naturam in expellendo; fiat ergo uomica medicina ex decoctione seminis rape,  
semnis aneti, uel ex decoctione aque et butiri cum sale. Dicit Auicenna quod stercus  
150 galli cum uelocitate prouocat uomitum ueneni. Et si natura ueneni declinat ad inferiora  
magis confert clistere. Oportet autem ut cum fuerit uenenum a tota specie ut dentur  
medicines que contraueniant illi ueneno, secundum totam speciem, sicut est tiriaca.

Et oportet ut preparetur cum medicinis habentibus uirtutem resoluendi speciem  
ueneni. Dentur ergo tyriace dragme 2 uel 3 cum uino decocto, rute, genciane, salie,  
155 castorei, mente, baccarum lauri. Et hoc fiat in diebus continuis. Resoluit enim et  
sudorem prouocat et sic liberat. Et uulcus dat allia ad resoluendum uenenum et non  
inconuenienter, secundum Auicennam. Et notandum quia quod bibatur contra uenenum  
aut frangit acumen ueneni, aut resoluit substanciam eius, aut querit exitum substancie  
ueneni, ut terra sigillata, aut opponitur qualitati eius, ut potare allium contra morsum  
160 scorpionis cum uino.

Quicumque sumpserit uenenum, bibat aquam calidam cum alumine et euomat.  
Et post bibat lac multum et tunc uomat; et hoc sepe Post uomitum fac clisteria, uel da  
quod soluat et uomere faciat. Et da de hoc quod recipe: baccarum lauri uncias 2, et  
yreas; confice cum oleo et sit dosis eius auellana 1; et terra sigillata sumpta cum uino, in  
165 principio idem facit. Et da sirupum prasii cum ruta; uel da galbani semitlis dragmas 4,  
mirre dragmam 1 cum uino dulci; uel da stercus galli statim in potu. Et si post uomitum  
inflatur, da aquam uitis uel aquam roseaceam in frigidatam et uomat. Et moueatur et non  
dormiat; uerba sunt Auicenne.

150 de prouocantibus uomitum *in margine V.omittit Cas.* 156 uulgo *M* 162 fac *expunctatum post sepe V*  
cliterizare *Cas.* clisteria *M et V*

*De uenenorum particularium natura*

170 Venena particularia quedam sunt mineralia ut argentum uiuum que est uena terre  
et arsenicum. Quedam sunt artificialia uel artificialiter preparata, ut argentum uiuum  
extinctum, uel sublimatum, et litargirum et sulphur, et plumbum ustum. Quedam uero  
sunt a natura producta, ut terre nascentia, sicut elleborus albus et niger, et lac titimalli, et  
scamonea, et coriandrum et anacardi. De quibus dictum fuit et dicetur singulariter ac  
175 specialiter in loco suo secundum ordinem alphabeti.

*De uenenorum extrinsecorum cura generali*

Vterius ad uenenorum curas generales que ueniunt exterius, ex morsu uel  
punctura uenenatorum accedendum est. Et notandum quod sunt quedam animalia  
uenenosa per se sicut serpentes et corpora anulosa et similia. Et sunt animalia que sunt  
180 uenenosa per accidens, sicut animalia sana que efficiuntur rabiosa, sicut homines,  
canes et uulpes, et equi. Dico ergo in hiis omnibus generaliter quod species infecti sunt  
et humores. Inter quos sunt subtiliores illi qui nutriunt pectus et pectoris membra et  
magis, sunt infecta. Et propter hoc saliuam, cum sit admixta plurimum in ore cum  
spiritibus et humoribus confluentibus ad os, magis est infecta et, secundum aliquos, est  
185 superfluitas nutrimenti pectoris saliuam et ideo magis inuenit cum ingrediatur corpus  
animalis paruulus quod fit per puncturam et morsum, et conuertit ad similem  
dispositionem rabiosam uel aliam.

Et propter hoc morsus rabiosi animalis deterior est in ieiunio quia uirtus male  
salie est fortior. Similiter in aliis; morsus igitur hac de causa peior est punctura et citius  
190 accelerat ad mortem. Cum igitur morsus et punctura diuersa infligant nocumenta et  
uenena quandoque calida, quandoque frigida, secundum animalis naturam. Calidum  
uenenum cognoscitur loci rubore nimio, uel citrinitate, absque inflammatione et pustulis  
et aliis similibus doloreque acuto.

195 Frigidum uero uenenum albedine uel liuore, et nigredine et stupore partis et  
tumore uel pustulis significatur. Ponamus ergo medicationes generales, deinde signa et  
curas speciales. Dicit ergo sic Auicenna: cura generalis cuiuslibet ueneni est confortatio  
caloris naturalis et excitatio eius ad expellendum. Quod fit cum tiriaca et medicina  
lubricante. Venenum per uiscera sparsum ut melius et exterius exeat oportet confortare  
uiscera et post expellere et destruere eius operationes potionibus epitimatibus.

200 Et. humorem naturalem regere flebotomare, soluere uentrem. Flebotomia  
conuenit cum scitur quod uenenum sumptum sparsum in corpore uenonato, et non  
extrahitur per apposita, uidelicet per gallinam, uel caudam, uel eius culum, quia per  
calorem extrahitur, uel per piscem calidam inuolutum in lana et appositum, uel stercore  
capre, uel per ligaturam fortem extremitatum, uel per uigilias quia calor extrahit ad  
205 exteriora per uentosam, uel incisionem, uel suggendo. Item quedam medicine extrahunt  
uenenum per calorem uehementem. Quedam per similitudinem ut caro uipere, que post  
abscisionem extremitatum, extrahit uenenum uipere. Et tales medicine sunt quasi medie  
inter complexionem ueneni et complexionem corporis. Hec extrahunt uenenum:  
castoreum cum oleo, uel succus porri, allium elixatum cum butiro, sulphur cum urina,  
210 calamentum fluuiale, fel tauri, allium cum sale et stercore caprino.

Vel in omni morsu ualet calx cum melle et aceto emplastrata. Valet embroca de  
aqua salsa; mel superpone coctum et maxime in punctura aranee; ualet sedere in aqua  
calida. Si autem uirtus tolet festina sit purgatio plectoricitatis cacohie cum solutione  
uentris scilicet per apertionem uenarum per antipasim. Super locum etiam morsure uel  
215 puncture si parua est apertura elargetur et ubi calor dominari perpenditur primo radix  
consolide materie trita inter duos lapides epitimetur. Similiter radix lili cum albugine  
oui crudi. Similiter linaria et pimpinella trite cum aqua roseacea locus sepe  
circumuolatur et pannus lineus eis aspersus aplicetur.

198 sparsum melius *Cas.* oportet *suprascriptum V* 200 regere: regimine *Cas.* 201 sparsus *Cas.* 202  
uidelicet: uidecicet *Cas.* 209 que sunt illa que uenenum extraunt *in margine V omittit Cas.* 211 embrosca  
*M*

Hec etiam ualent in antrace et carbunculo et noli me tangere quia materia  
220 utrobique uenenosa est. In frigido autem ueneno allium cum nucibus magnis et ficibus  
et sale super epithetur. Similiter puluis de aristologia rotunda et genciana, ana, cum  
succo alii et modico melle. Vtrisque datur conuenienter tiriaca magna et superponitur; et  
si non habetur, ponatur esdra uel metridatum quod est summum medicinale et singulare  
in antrace. Preterea in morsu uel punctura ualet epithema, ideo da.

225 Recipe serapini, galbani, amoniaci, boli, armenici, rose, mirre, gentiane,  
dampnidis, omnium, ana dragmas 4; confice cum dampnileno et succo rute et alliorum.  
In medicatione morsus si fuerit ab homine uel ab alio in primis oportet ut aplicetur  
uulneri pannus infusus in oleo, inungatur cum oleo multociens et abstergetur.

Item fiat emplastrum cum melle et cepa super uulnus. Fabe masticate crude  
230 superposite uulneri iuuant ualde. Litagirum etiam coctum in uino et superpositum  
iuuat. Vnguentum magis quod fit ex adipe, et cera, et oleo, et tiriaca conferunt; et si  
plurimum corrumpatur color, loci extrahatur sanguis cum uentosis prope locum uulneris  
positis, uel per flebotomiam, ita quod non fiat flebotomia nisi ex uena propinqua  
uulneri, uel possunt apponi sanguisuge. De uenenis autem particularibus et curis eorum  
235 in particulari, uel dictum fuit, uel dicetur secundum ordinem alphabeti.

De generalibus uero hoc dixisse sufficiat.

220- cum nucibus oleo magnis *errat Cas.* 225 sarapini V 233 ex uena propinque *Cas.*

*De remedio contra uespes*

Vespe et apes eis quos pungunt tumores, calores et ruborem faciunt. Rostrumque earum remanet ubi tangunt. Et aliquando morsi sudorem paciuntur et abominationem  
240 labro ictigationem inguinum tumorem, uirge erectionem. Item Auicenna in II<sup>o</sup> *Canonis*:  
uesparum puncture bonum est polium emplastrum more superpositum. Similiter folia  
siluestris malue sedant illa emplastrata. Item succus caprarum attrahit uespe uenenum.  
Ex sale quoque cum aceto ac melle fit emplastrum ad puncturam uespe. Sed et oleum  
lauri confert eius mordicationi. Idem in IV<sup>o</sup>: effugiunt autem uespe ex suffumigatione  
245 sulphuris et alliorum nec propinquant ei qui linitur ex altea et succo malue et oleo. Porro  
accidunt ex morsus uespe dolor ac rubor et apostema.

Ex uespis magnis est genus capam nigram et aculeos plurimos habens ac per hoc interficiens; magne siquidem maioris sunt cautele magisque peritiose. Ideoque perducunt ad spasmum et ad debilitatem genuum. Sed et in paruorum morsu quandoque  
250 tumor magnificatur. Nam plerumque; faciunt accedere uesicas et grauant linguam. Cura  
uero eius est in succis infundantibus ac refrigerantis potibus porro de ipsius  
epithematibus cum aqua malue; altea quoque confert ac ficus et acetum et lutum.  
Stercus etiam uaccinum confert cum aceto proprie. Item folia sisinbrii et folia lauri  
recentis et uiriditas que accidit super cursum aque. Preterea si hora una in aqua calida  
255 commutetur, deinde subito ad aquam salsam cum aceto mixtam permutetur statim  
sedabitur. De fricationibus autem eius sunt musce quia dolorem sedant.

239-278 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De uespa”, “De diuersis generibus uesparum”, “De cibis et mansionibus earum”, “De generatione ipsarum”, “De punctione earum”, 1556 B, C, D, E- 1557-1558

239 tangit *Cas.* 246 accidit *Cas.* 251 refrigerationibus *M* 255 conmutetur *M*

Item Aristoteles: agrestis uespa pungit forti punctura: aculeus si quidem illius maior est aculeo alterius generis respectu sui corporis. Quedam uero carentes aculeis minores ac debiliores sunt et ille non pungunt. Item Plinius, libro XI<sup>o</sup>: uespe serpentem  
260 auide comedunt ex quo alimento mortiferos ictus faciunt. Idem, in libro XX<sup>o</sup>: folia rute trita et cum uino sumpta ualent contra uesparum aculeos. Malue quoque satiuæ ac siluestres contra omnes aculeatos ictus precipue uesparum sunt efficaces. Torta uero qualibet earum oleo puncti aut uel eas habentes non feruntur a uespis. Idem, in libro XXI<sup>o</sup>: melisophilum contra uesparum ictus est prestantissimum. Idem, in libro XXIII<sup>o</sup>:  
265 uinum contra uespas est remedium. Lactis quoque ficuum natura et decoctio ex foliis lauri resistit uenenis earum. Idem, in libro XXVIII<sup>o</sup>: a scorpione percussi nunquam postea feriuntur a uespis. Idem, in libro XXIX<sup>o</sup>: noctua uespis est contraria; pici quoque marcii rostrum habentes secum a uespis non feriuntur.

Locustarum etiam minime quas uocant atellados uespis aduersantur. Idem in  
270 libro XXX<sup>o</sup>: salis quoque natura ualet ex aceto contra uespas. Item Constantinus, in VII<sup>o</sup> *Viatici*: quem apes et uespe pupugerint, uenenum enim habent acutum, patitur incensionem et dolorem nimium. Fiuntque ibi uesicule nigre unde oportet superponi alcanna cum ordeï farina, aceto temperata. Lac ficuum ualet, uel nuces pistate cum aceto et frondes basilicon et blitis pistate et superinposite. Item medici dicunt quod frondes  
275 malue pistate et superinposite ualent. Item si cum succo malue quis ungetur non mordetur a uespis uel apibus. Item musca manibus fricata et morsure superposita iuuat.

263 feriuntur *Cas.* 266 Item in libro *M* 267 pi[s]ci *M* 269 atellatos *Cas.* 275 atque superinpositi *Cas.* si cum: sicut succo *Cas.*

*De natura uipere.*

Vipera, secundum Hisidorum, libro XII<sup>o</sup>, capitulo de serpentibus, dicta est eo quod ui pariat. Nam cum uenter eius ad partum intumuerit, catuli non expectantes  
280 maturam nature natiuitatem corrosis eius lateribus ui abrrumpunt cum matris interitu, unde Lucanus:

*Viperi coeunt, abrrupto corpore, nodi.*

Fertur autem quod masculus ore inserto uipere semen expuat. Illa autem ex uoluptate libidinis in rabiem uersa caput maris ore receptum precidit, secundum  
285 Plinium, X<sup>o</sup> libro. Ita uero fit ut parens uterque pereat, masculus cum coit, dum parit femina. Ex uipera autem fiunt pastilli qui tiriaci uocantur a Grecis. Idem ex *Libro de natura rerum*: uipera masculus inter omnia fere serpentium genera crudelior existit, uerumtamen ad feminam leniter se habet. Nam masculus ipsam diligenter requirit et blando sibilo proclamat; postquam autem comparem presenserit aduenire uenenum  
290 euomit, propter ipsius femine reuerentiam, honorans gratiam nupcialem. Item Ambrosius: uipera postquam coeundi cupiditatem assumpserit, murene maritime notam sibi copulam requirit uel nouam preparat. Progressaque ad litus sibilo testificante sui presentia ad coniugalem amplexum illam euocat. Illa autem aduocata non deest et uenenato serpenti usus sue conunctionis expetitos impartitur. Cum a sibilo murenam  
295 euocat, uenenum suum uomit et post coitum illud resumit. Item *Glossa super Job*, XX<sup>o</sup> capitulo: uipera prolixioris est corporis quam aspis tardiusque ueneno suo occidit. Item ex *Libro de natura rerum*.

279-337 V. Bell., XX<sup>o</sup>: “De uipera”, “De generibus uiperarum”, “De generatione ipsarum”, “De quibus uiperis conficienda sit tyriaca”, “De diuersis medicinis ex uiperis et contra eius morsum”, 1485- 1486- 1487- 1488- 1489.

284 precidit: prescidit *Cas.* 287 ferre *M* 292 progresse *errat M* 294 cum autem sibilo *M* murenam *M*

De uipera dicit *Physiologus* quod habet faciem humanam usque ad umbilicum; ab umbilico uero usque ad caudam cocodrilli figuram. Meatus digestibilis quasi  
300 foramen acus est et ideo more ceterarum concipere non potest sed tantum per os. Cauernam habet loco aurium et tres dentes tantum. Morsus eius tumorem et inflammationem inducit et irremediabilem esse perhibetur.

Vipera cum senuerit, secundum *Physiologum*, et uidere non poterit, ieiunat quadraginta diebus ac noctibus donec laxetur pellis eius. Tunc uadens requirit scissuram  
305 alicuius petre strictam, et per ipsam transitum faciens se ipsam expoliat, et sic iuuenescit. Item Razi: fertur de uipera quod si bonum amorem oculi eius intueantur illico eliquantur et a capite fluunt. Item Auicenna, in libro II<sup>o</sup> *Canonis*: uipere post hiemen de cauernis egredientes fricant oculos suos super feniculum ut illuminentur.

#### *De uirtutibus uipere*

310 Vipere adeps, secundum Auicennam, in secundo *Canonum*: prohibet descenssum aque ad oculum. Caro uipere confert lepre, secundum eundem. Item: uipere pellis adusta et linita supra alopicias confert. Item adeps uipere recens confert panno et aque et ut nascantur pili euulsi ex palpebris.

#### *De remediis contra uipera*

315 Vrina hominis utiliter effunditur super morsum uipere et proprie uipere petrose, secundum Auicennam, in II<sup>o</sup> *Canonum*. Item Aristoteles: tortuca comedit uiperam et tunc radicem origani siluestris comedit; cuius locum antea signat, alioquia moritur si radicem eius non inueniat. Item fortior curatio est ad tiriacam de uiperis properare, secundum Auicennam, in IV<sup>o</sup> *Canonum*. Moritur enim homo in tribus diebus usque ad  
320 septem. Idem, in II<sup>o</sup> *Canonum*: caro uipere ponitur super morsum eius sedatque dolorem.

300 tatum *Cas.* 302 irremediabilis *M* 304 requi *errat M* scissuram: stricturam *M* 307 eliquantur: eliquentur *M* 308 De uirtutibus uipere *M et in margine V om. Cas* 312 pellis adusta et linita supra alopicias confert . Item adeps uipere *omittit V* . 314 De remediis contra uiperam *M in margine V om. Cas* 315-318-319 *Canonum Cas.* 317 aliqua *Cas*



Idem dentes hominis triti uel adusti et puluerizati prosunt morsure uipere. Item ualet oleum balsami. Item radix colocynthide. Item emplastrum ex harno. Item bibitus cum uino uel absinchio. Item pix linita et urina hominis bibita. Fertur etiam quod pellis capree recens calida cum ponitur super uipere morsum, attrahit uenenum. Preterea butirum uenenis resistit, precipue cum ex eo linitur super uipere morsum. Fimus etiam caprarum montanarum cum aceto decoctus ac bibitus ualet contra uipere morsus. Idem in libro IV<sup>o</sup>: uinum in quo cadit uipera confert uenenosorum mordicationi. Item Plinius, libro XXIX<sup>o</sup>: uipere caput imponitur ei quem percussit uel etiam alteri sine fine prodest.

325  
330 Si quis etiam baculo sustineat ipsum in uapore aiunt eum precanere. Si quis exuste uipere cinere illiniat se, Nigidius auctor est, ad percussorem serpentem reuerti necessitate nature. Scite caput uipere dissecant inter aures ad eximendum lapillum quem ab ea trita deuorari aiunt. Item, ex *Libro de natura rerum*. Exta uipere ualent contra omnium serpentium ictus, ut dicit Plinius.

335 De hac materia requiratur supra de serpentibus et anguibus et uenenis et consimilibus tractatibus de specialibus animalibus uenenosis.

<Explicit decimus octauus tratatus>

**<Incipit uero decimus nonus tractatus contra tediousa et uenenosa que incipiunt ab hac littera graeca HY >**

<De hydra >

Ydra, secundum Hisidorum, dicitur dracho multorum capitum. Hec autem latine  
5 excedra dicitur eo quod uno ceso tria capita excrescebant. Sed hoc fabulosum est. Nam  
constat ydram fuisse locum euomentem aquas instantes uicinam ciuitatem in quo uno  
meatu clauso quam plurimi erunpebant; quod Hercules uidens loca ipsa exussit et sic  
aque meatus clausit. Nam ydra dicta est ab *ydros* quod est aqua; ydros autem est  
aquatilis serpens a quo percussi obturgescunt. Idem dicit Plinius, libro XXII<sup>o</sup>: uidelicet  
10 quod ydros Grece uocatur coluber uiuens in aqua. Ydra uero, secundum *Physiologum*,  
uel ydrus in Nilo habitat et est satis inimicus cocodrillo. Cumque uidet illum in littore  
dormientem ore aperto uadit et inuoluit se in luto ut facilius possit illabi faucibus  
cocodrillo. Subito autem cocodrillus eum uiuum transglutit. Sed ydra, uel ydrus  
dilanians omnia uiscera cocodrilli, uiuus et illesus exit ab eo. Est autem ydros uel ydrus,  
15 ut habetur ex *Libro de natura rerum*, pulcherrimus anguim in orbe terrarum.  
Remedium uero contra se et contra ictus aliorum serpentum est iecur eius, ut habetur ex  
*Libro de natura rerum*. Huius quidem morbum serpentis boan dicunt, eo quod fimo  
bouis remediatur, secundum Hisidorum.

4-18 v. Bell., XX<sup>o</sup>: “De emorroide et enydro et exedra”, 1479 E- 1480 A

1-2 *titulum ed.* 3 *titulum Cas.* 5 *uno omittit Cas.* 11 cocodrilli *M*

<Contra hydrophobiam>

20 Idroforbia est passio timens aquam, procedens quandoque a morsu canis rabidi.  
Inde dicuntur ydroforbici, secundum Galienum, ab *ydros* quod est aqua, et forbos quod  
est timor, quasi timens aquam. Inde dicuntur limphatici, non ut quidam arbitrantur, a  
limpha humore excrescente in cerebro animalis, unde timent similem dispositionem  
extra. Fit enim ista passio ex morsu reptilium et rabidi canis uel frenetici et aere  
25 corrupto et pestilenciali. Et ex spusma rabidi canis proiecta in aquam si aliquis bibit  
statim fit ydroforbicus et desipit. Cognoscitur autem idroforbia in parte per inditia  
patientis et per alia signa quia in principio adest quasi indiscretio animi.

Quandoque uigiliarum instantia et sopori terribilia; aspectus eius terribilis; aer  
apparet eis quandoque clarus, quandoque turbidus; quandoque uiridis. Desiccatur lingua  
30 et palatum; sitis adest; frequens extenuatio corporis; stridor dentium; aliquando rugit et  
aperit os; educit linguam et clamat; raucescit uox; coartatur pectus; sincoperizat;  
quandoque resluitur in calidum, quandoque in frigidum sudorem. Adest tremor omnium  
membrorum; torsio et frigus uentris. Aquam et alia clara perhorrescit. Et dicunt quidam  
hoc esse propter fantasias diuersas quas in aqua imaginatur. Primum ergo consilium est  
35 ut offeratur tiriaca cum uino decoctionis gentiane, uel baccarum lauri, uel mirre.  
Sequenti die fiat flebotimia de cephalica uel uena basilica. Digeratur materia cum equali  
mixtura oximellis et sirupi de fumo terre et oxizacure; purgabitur equali mixtura yera  
pigra et katarticum imperiale et yera rufa. Tertia die fiat stupha de herbis dictis in  
speciebus lepre.

19-46 cfr. *Contra canem*, *Contra morsum hominem*

19-46 V. Bell., XIX°, “De cane”, “De latratu canum”, “De morsu eorum ac remediis contra  
eum”, “De medicinis ex cane”, “De cane rabioso”, “De signis rabiei in cane”, “De morsu canis  
rabiosi”, “De signis eiusdem morsure”, “De remediis contra eum in usu medicine”, 1389, B, C,  
D, E –1390-1391-1392-1393-1394-1395-1396-1397-1398 A, B, C, D.

19 *titulum Cas.* 23 *lipha Cas.* 32 *quandoque in frigidum repetitur in V* 37-38 *yera ergo et katartum et  
yeraruf Cas.* *yera gra[.] katartico imperiale et yera ruf[.]*

40

40 Exeunti a stupha offeratur tiriaca cum uino predictae decoctionis. Sequenti die  
aperiatur uena cephalica et singulis mensibus usque ad annum iteretur predicta stupha et  
aperiatur cephalice alternatim, et singulis quindecim diebus offeratur predicta opiata.  
Item fiant scarificationes in anterioribus et posterioribus tibiis. Item apponatur  
uentosa in fontinella colli. Item singulis diebus in mane accipiat de equali mixtura  
45 dyasene et dyanthos. Et sequatur usus simplicis sirupi de fumo terre. Et fiat dieta ut in  
morsu canis rabidi.

*<Explicit decimus nonus tractatus >*

41 aperiatur V annum: agnum V 42 offerantur Cas. 45 simplicius Cas. 47 ed

De remediis contra uenenosa et tediosa in hoc libro aliquantulum absque preiudicio dicta sunt. De remediis uero egritudinum corporalium et molestiarum aliarum, quas propter peccatum, miser homo patitur, similiter absque preiudicio dictum fuit in libro nostro cuius titulus est *Archiuus seu Armarium scripturarum*. Et in libro nostro *De historia naturali*. Et in libro *De tripartita seu trifaria medicina*. Et in libro generali *De mundanarum molestiarum remediis*. In quibus omnibus que scripta sunt, absque preiudicio dicta sunt et corrigenda uestre paternitatis ac dominationis arbitrio relinquantur, prestante almifluo Ihesu, dulcissime matris Marie filio, qui cum Patre ac Spiritu Sancto uiuit et regnat, Deus, per secula infinita. Amen.

10 **Explicit opus breue contra uenenosa et tediosa uite nostre animalia, quod ordinauit absque preiudicio frater Ihoannes Egidii, lector fratrum minorum, apud Zamoram.**

4 cuius: cauius *Cas.* seu: siue *M* 8 dulcissime *M* 9 amen *omittit M*